MASTER
NEGATIVE
NO. 92-81127-13

AUTHOR:

BOLTE, JOHANNES

TITLE:

DE MONUMENTIS AD ODYSSEAM...

PLACE:

BEROLINI

DATE:

1882

Master Negative #

92-81127-13

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88HV
DZ8
v.2

Bolte, Johannes, 1858-1937.
De monumentis ad Odysseam pertinentibus capita selecta. Dissertatio inauguralis philologica quam publice defendet scriptor Iohannes Bolte ... Berolini, Pormetter, 1882.
69 p. 21 cm.

Thesis, Berlin, 1882.
Volume of pamphlets

46140

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 3-2-93 INITIALS Susan
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE MONUMENTIS
AD ODYSSEAM PERTINENTIBUS
CAPITA SELECTA

DISSERTATIO INAUGURALIS
PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE IX M. MAII A. MDCCCLXXXII
HORA XII
PUBLICE DEFENDET
SCRIPTOR

IOHANNES BOLTE
BEROLINENSIS

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT
IOHANNES FRANKENBERG CAND. PHIL.
AEMILIUS THOMAS DR. PHIL.
IOHANNES VOLLERT CAND. PHIL.

BEROLINI
TYPIS EXPRESSIT GUILELMUS PORMETTER
MDCCCLXXXII

ALEXANDRO CONZE

CAROLO ROBERT

S

Cum constituerim exponere de artis Graecae et Romanae monumentis, quae ad Odysseam spectant, non prorsus eadem ratione rem mihi aggrediendam esse existimo atque viro, qui in colligendis atque explicandis artis operibus, quibus Thebanas et Troicas fabulas illustrarunt veteres, post Tischbeinium, Inghiramium, Rochettium summa sollertia et iudicio est versatus, Iohanni Overbeck. Nam is cum sicut Inghirami singulos carminum Homericorum libros secutus monumenta, quae ad unumquemque pertineant, enumeret, quod ipsa rei natura videtur commendari, Welcker (AD 5,222. 224[1]) hunc ordinem utilem quidem et commodum esse animadvertit, plus tamen conferri ad recte cognoscendam artis historiam, si singula genera artis distinguantur, ita ut, quid statuarii, quid sarcophagorum fabricatores, quid scalptores, quid vasorum pictores praestiterint in reddendo carmine heroico, brevi conspectu appareat. Sed sic quoque novae oboriuntur difficultates. Quis enim acriter disiungenda putaverit diversa artis genera, cum anaglypha et picturas antiquissimas arte inter se conexas esse reputet, cum gemmarum imagines haud paucas ex statuis desumptas esse animo consideret? Itaque mutato Welckeri consilio amplus monumentorum, quae ad Odysseam referenda sunt, numerus ita nobis digerendus videtur esse, ut in unum componamus, quae eadem aetate confecta sint, atque exemplaria, quae ex vetustioribus typis postea prodierunt, his singulis adnectamus. Ordiamur igitur ab operibus, quibus primum Ulixis errores scalpro et penicillo expresserunt artifices, tum quae inde a bellis Persicis in componendis imaginibus nova invenerint Graeci, percenseamus, denique quae post Alexandrum Magnum Graeci ac Romani in hoc genere praestiterint, nostrum erit enarrare.

I. ULIXES POLYPHEMUM EXCAECANS.

Graecorum ars qualis fuerit temporibus antiquissimis, quibus ex initiis ad illam altitudinem summopere semper admirandam succreverit, acrius et felicius explorari tum demum coeptum est, postquam monumentis, quae proximis potissimum annis ex Graeciae solo feraci necdum satis perscrutato sunt eruta, virorum doctorum animi ad illam aetatem conversi sunt, de qua Graeci ipsi fabulosa tantum neque inter se congruentia nobis tradiderunt Cum igitur multa scitu dignissima, in primis quo tempore quibusque locis varia vasculorum illorum terrrenorum genera confecta sint, dubitationibus adhuc sint obnoxia, quas mox solutum iri speramus, id tamen nunc constat, diu simul duo genera picturae maxime diversa in Graecia floruisse: alterum, quod *geometricum* vocari assolet, quod ornamenta praebet ex lineis rectis et orbibus composita admixtis interdum animalibus, alterum ex Asia oriundum, cuius ornamenta foliis plantarum velut palmae, loti, roseae similia sunt. Ad hoc genus *orientale* quod dicitur pertinent antiquissima monumenta, quibus fabulae heroicae effinguntur, catinus Camirensis[1]), quo Menelaus Euphorbum ab Hectore interfectum defendens repraesentatur, opera caelata aerea, de quibus nuper egit Furtwaengler[2]), duo artificia ad *Κυκλώπειαν* spectantia.

E quibus priore loco nomino (*A*) vas et pictura et inscriptione insigne, quod ante hos duodecim annos Caere effossum nunc Romae in Museo Etrusco Capitolino asservatur. Edidit Ricardus Foerster *Monum. d. Inst.* IX 4. *Ann.* 1869, 157[3]). Est crater argillae sufflavae, cuius forma ipsa summam antiquitatem indicat, cum similem pede tamen paulo altiore tantum vasa quaedam geometricis ornamentis inducta[4]) praebeant. Figurae fusco colore depictae sunt, ornamenta albo, coma ravo, vernice non adhibita; lineamenta

[1]) Salzmann *Nécropole de Camiros* 1875 tab. 53.

[2]) *Die Bronzefunde aus Olympia* p. 91 sqq. (*Abh. d. Berliner Akad.* 1879.)

[3]) Cf. Matz *Bull. d. Inst.* 1869, 249.

[4]) *Ann.* 1872 tab. K 2. 19. *Mon.* IX 40, 1.


crasso penicillo ducta, non ut in vasis Corinthiis antiquis stilo inscalpta. In altero latere conspiciuntur duae naves[5]), quarum in constratis milites stant vibratis telis pugnam inter se commissuri; alterum praebet quinque viros nudos barbatos, qui a sinistra parte in dexteram rapido cursu progredientes longam hastam vel palum in caput hominis humi sedentis manuque hastam illam corripientis admovent. Polyphemum ab Ulixe excaecatum effingi primo obtutu perspicias; tamen quis quinque illorum virorum specie et habitu non diversorum nominandus sit Ulixes, facile dubitaveris. Foerster quidem l. l. p. 160 eum, qui Polyphemo proximus stat, intellegit, nulla alia ratione ductus quam quod etiam in vasculo picto Nolano, de quo statim dicam, primum Ulixes obtineat locum. Sed hoc argumentum non omnino certum esse cum mox apparebit, tum videtur ultimum militem non procedentem sicut ceteros, sed retro versum ac pede sublato innitentem hastae ideo delineavisse pictor, ut accurate Homeri verba exprimeret, qui de Ulixe Od. *ι* 382 haec: *οἱ μὲν μοχλὸν ἑλόντες ἐλάινον, ὀξὺν ἐπ' ἄκρῳ,*
ὀφθαλμῷ ἐνέρεισαν· ἐγὼ δ' ἐφύπερθεν ἀερθείς
δίνεον.

Quam rem si quis inde explicet, quod apte ille seriem virorum claudere voluerit, quia nunquam in reliquis vasis pictis ratio habita sit eius rei, libenter concedo, maxime cavendum esse, ne artifices antiquos ad verbum poetarum fabulas reddere studuisse credamus, qua in re diu erratum est a viris doctis; tamen ut in effingendo Ulixe pictorem nostrum Homericum carmen in animo habuisse existimem, etiam alia re moveor; pone Polyphemum enim in palo affixu sest corbis, quem iam Foerster ad cratem, in quo Cyclops caseum siccabat[6]), iure rettulit.

Iam intellecto imaginis argumento ut de tempore quaestionem instituamus, craterem multo minore artificio confectum esse quam vasa Corinthia, quae inter antiquissimas fabularum heroicarum effigies numerari solent, docent ornamentorum et corporum formae rudiores. Antiquioris quoque aetatis est, quod corpora hominum non tota fusco colore obducta sunt, sed facies linea tantum cir-

[5]) Alterius navis formam rostro acuto munitae a Phoenicibus Graeci videntur accepisse. Cf. Hirschfeld et Graser *Ann.* 1872, 168. 178. Furtwaengler *Ann.* 1880, 127. Alteram LBrunn *Jahrb. f. klass. Philol.* 122, 642 *ἄκατον* vel *ναῦν στρογγύλην* nuncupat.

[6]) Od. *ι* 219 *ταρσοὶ μὲν τυρῶν βρῖθον.*

cumscripta est; quod fiebat, cum lineis scalptis oculum, aurem, comam significare nondum sollemne esset[7]). Quamquam Foerster quidem haec non antiquae artis indicia autumat, sed corruptae (*'rozzezza e negligenza studiata'*) et vas multo serius, saeculo opinor ante Chr. quarto vel tertio, factum putat ad exemplar antiquius. Sed utinam ne homines illa aetate, cum arte nondum adulta in delineandis corporibus humanis ignari rectae membrorum compositionis ac normae saepius peccarent, dummodo quid vellent manifeste exprimerent, idem sensisse opinemur atque nos, qui agrestes formas et motus veritatem egressos intuentes ad risum moveamur vitiis illis scilicet extemplo perspectis[8]). Quod clarius elucebit, ubi primum vasorum antiquissimorum fragmenta quaedam nuper felici ac liberali Schliemanni industria Mycenis eruta[9]) comparaveris, quae Foerstero nondum nota erant: eadem non modo pingendi ratio et staturae humanae formatio, verum etiam ornamenta inter figuras dispersa et casses capulique clavulis suffixi. Etiam vasa Melica a Conzio anno 1862 in lucem protracta multa habent quae cum nostro concinant; omnium autem simillimum esse asserit Furtwaengler *Die Bronzefunde* p. 45 vasculum ineditum musei Monacensis n. 711, quod quo loco effossum sit non constat. Huc adde morem antiquissimum, quo gladii Ulixis et sociorum eius sub ipsis alis cincti sunt, quem in aliis vasis pictis eiusdem aetatis deprendis velut in amphora praegrandi musei Berolinensis nuper in monte Hymetto reperta. Craterem ergo Caeretanum priscae artis Graecae monumentis adnumerabimus, qualia etiam saeculo quarto vel tertio confecta esse certa ratione nondum est demonstratum. At extremum Foersteri argumentum, quo omnem dubitationem de tempore vasculi tolli existimabat, adhuc praetermisi, sumptum ex verbis quae supra Polyphemum inscripta sunt . Offendebatur vir doctissimus non tam nomine vascularii, quod raro ante saeculum quintum appictum invenimus, quam forma litterarum Ε Ι Σ, quae cum ab alphabeto Corinthiorum antiquissimo differant, posteriore aetate exaratae videantur esse. Quo autem iure, quaeso, contendit a Corinthio figulo vasculum depictum esse, cum a reliquis vasis Corinthiis litteratis, quorum plurima Caere effossa sunt, et formam et picturam

[7]) Cf. Puchstein *Arch. Zeitg.* 1881, 245[88].
[8]) Cf. Petersen *Jahrb. f. klass. Philol.* 123, 484.
[9]) Schliemann *Mykenä* 1878 p. 153.

et inscriptionem longe recedere constet? Immo scite animadvertit Klein[10]) litteras simillimas esse eis quae in Asia minore usitatae erant; quam regionem fortasse etiam nomen Ἀριστόνοφος indicat. Vitiose enim scriptum videtur hoc vocabulum, cum nomina propria Graeca cum radice νέφος composita non sint tradita. Quamobrem Foerster non Graeco artifici hoc opus tribuendum esse censet, sed Etrusco, qui litteras Ἀριστόνομος exemplari suo Graeco inscriptas vel non recte intellexerit vel non accurate imitatus sit. Quae ratio quam sit lubrica, nemo non videt, praesertim cum plane diversa esse vasa illa Caeretana, quae Helbig, Brunn, alii ab Etruscis ad exemplaria Graeca perfecta iudicaverunt, ipse Foerster fateatur. Itaque Benndorf[11]) et Heydemann[12]) hanc Foersteri opinionem refellunt, quamquam de aetate Aristonophi ei assentiuntur. Heydemann, cui ipsi in scriptura tradita nihil videtur inesse offensionis, coniecturam Conradi Zacher affert, qui pictorem mendose Ἀριστόνοφος pro Ἀριστόλοφος posuisse putat. Haud improbanda coniectura, tamen facilius difficultatem solvi existimaverim, si litteram φ, quae in duabus inscriptionibus Pamphyliis serioris aetatis[13]) posita est pro ϝ, eodem hic munere fungi sumamus, ita ut evadat nomen Ἀριστόνοϝος = Ἀριστόνους. Utcumque autem haec se habent, accuratius de patria Aristonophi licebit iudicare, cum plura illius aetatis vasa innotuerint. Nunc antequam ad alterum monumentum vetustissimum, de quo iam dixi, transeamus, reliqua monumenta, quibus idem Ulixis facinus celebratur, percenseamus. Quorum in numero eminet

B. Ov. 10. Cylix (formae 11 earum, quae in tabulis catalogo vasorum Monacensium ab Ottone Jahn a. 1854 confecto adnexis delineatae sunt) bibliothecae publicae Parisinae[14]) Nolae reperta, quam edidit Albertus dux de Luynes *Mon. d. Inst.* I 7, 1. *Ann.* 1829, 278. Inghirami *Galleria Omerica* 1836 III 43 et *Pitture di vasi etrusche* IV 334 p. 52. Gargiulo *Raccolta de monumenti più interessanti del Museo Nazionale* 1870 IV 28. Panofka *Parodien und Karikaturen, Abh. d. Berl. Ak.* 1851 t. 2, 5. Overbeck *Gallerie*

[10]) *Euphronios, Denkschr. der Wiener Akad.* 29 (1879) p. 35[1].
[11]) *Gött. gelehrte Anzeigen* 1871, 85. *Griech. und sicil. Vasenbilder* p. 53[278].
[12]) *Ann.* 1878, 227.
[13]) *Monatsber. d. Berl. Akad.* 1875, 123.
[14]) = De Witte *Catal. Durand* 1836 n. 416. *Cat. Beugnot* 1840 n. 56.

heroischer Bildwerke 1853 t. 31, 4. Birch *History of ancient pottery*² 1873 ad p. 409. Interior pars figuris nigris ornata est. Quattuor viri nudi palum in umeris portantes dextrorsum in Polyphemum sedentem progrediuntur, qui semiesa membra humana manibus tenet. Primus eorum altera manu palum tollit, altera Cyclopi poculum porrigit[15]). Aliter igitur atque Homerus, qui Ulixem vino Polyphemum sopivisse sopitumque excaecavisse narrat, pictor, ut videtur, rem finxit et duo facta, quorum unum alterum sequitur, eadem imagine coniunxit. Sicque arbitrati inde ab Alberto de Luynes viri docti omnes hominem poculum offerentem Ulixem nominaverunt, recte autem Luckenbach in Supplemento XI ad Fleckeiseni *Jahrb. f. Philol.* (1880) p. 505 monuit Ulixem barba distinctum a sociis imberbibus et extremo loco sicut in pictura Aristonophi hastam dirigentem esse repraesentatum. Sed idem vir sagacissimus nescio an priorum iudicio nimiam tribuat auctoritatem, cum ait '*Hier zeigt sich die Verschmelzung mehrerer Momente .... humoristisch genug*'. Quamquam enim concedo antiquissimos illos artifices omnino non id studuisse, ut unum effingerent temporis momentum, sed ut actionem ipsam quam clarissime exponerent, atque difficile esse nostro quid in animo fuerit figulo dispicere, tamen non videtur mihi neglegendum, quod operti sunt oculi Polyphemi[16]). Pinxit igitur artifex Cyclopem vino somnoque gravem; quod quo manifestius exprimeret, poculum addidit; nondum enim speciem dormientis etiam habitu et collocatione membrorum significare didicerat sicut fabricatores anaglyphorum infra laudandorum neque, etiamsi hunc typum novisset, facile orbi, quo tota haec imago includitur, potuit aptare. Capilli virorum post collum redimiculis sunt collecti, quae non modo in vasis pictis eiusdem generis[17]), sed etiam in aliis monumentis antiquissimis[18]), apparent. Supra Polyphemum et Graecos appicta est serpens, infra piscis; de quibus animalibus cum multa disputaverint viri docti

---

[15]) Haec imago repetita est in speculo aereo haud dubie nostro demum saeculo a fraudatore aliquo conflato *Cat. Mertens-Schaaffhausen* 1859 n. 2167. *Jahrb. der Altertumsfreunde im Rheinlande* 27 t. 4—5, 4 p. 92. *Bull. d. Inst.* 1859, 111. *Revue archéol. N.S.* 14 (1866) p. 118.

[16]) Id in delineatione originaria expressum vides, quamquam editor ipse *Ann.* 1829, 279 non cognovit: '*Le Cyclope y est représenté éveillé*'.

[17]) *Arch. Z.* 1881, 246 t. 11, 1. 2. 12, 3. 13, 1. 3—6.

[18]) Becker *Charikles*³ 3, 206. Furtwaengler *Mitth. d. athen. Inst.* 6, 186 t. 7, 1. A. de Sallet *Zs. f. Numism.* 9, 141.

occultiorem aliquem in eis latere sensum opinati, nunc patet ea apposita esse, ut loca vacua explerentur, illisque ornamentis adnumeranda, quibus nomen *Tierfüllsel* inditum est[19]). Sic pisces conspicis delineatos in segmento orbis infra ipsam imaginem cylicum Micali *Mon. ined.* 1844 t. 42, 1. *Arch. Z.* 1881 t. 13, 6. *Cataloghi Campana* I 2, 52. Salzmann *Nécropole de Camiros* t. 49 = Longpérier *Musée de Napoléon III* t. 53 et in speculo aereo Gerhard *Etr. Spiegel* t. 350; sic serpentium figurae additae sunt in vasis pictis Gerhard AVB 86. Salzmann *Camiros* t. 49 = Longpérier *Mus.* 53. Micali *Storia* t. 87, 3. *Arch. Z.* 1881 t. 12, 2 et speculis Etruscis Gerhard *Etr. Sp.* 348. 353.

De origine huius cylicis ut certiora quaedam liceat pronuntiare, inde factum est, quod plus viginti vasa inprimis virorum doctorum Brunn[20]), Loeschcke[21]), Puchstein[22]) industria et sagacitate inventa sunt, quae cum eandem pingendi rationem, formam, argillam eademque ornamenta praebeant, ex eadem omnia fabrica prodiisse constat. Celeberrimum ex eis est vas illud, quo Arcesilai regis ministri laserpicium perpendentes exhibentur. Arcesilaum secundum eius nominis effictum esse iam Brunn suspicatus erat, comprobavit Puchstein rationibus haud infirmis. Unde cum sequatur ut medio vel exeunte saeculo sexto confecta sit haec cylix, nostram imaginem paulo antiquiorem censebimus, quippe quae rudiorem artem et formas minus elegantes praebeat[23]). Fabricam omnium horum vasorum verisimillimum est Cyrenae fuisse, cum ob Arcesilai effigiem et dialecti Doricae vestigia, quae in inscriptionibus occurrunt, tum ob alia, quae ad vicinitatem Aegypti sunt referenda.

Eadem inter vasa Cyrenaea numeratur (*C*) fragmentum prope Cosam Etruriae urbem (*Orbetello*) effossum, quod Helbig *Bull.* 1869, 34 sic describit: '*Quattro uomini in atto di alzare un gran legno, mentre presso si vede l'iscrizione frammentata* ΣΥΞΡΞ'. Videtur effictus esse Ulixes excaecans Cyclopem. De litteris inscriptis coniecturam proferre non ausim, donec delineationem testae illius liceat contemplari.

---

[19]) Loeschcke *Ueber die Reliefs der altspartanischen Basis,* Dorpat 1879 p. 10. 12.

[20]) *Probleme in der Geschichte der Vasenmalerei, Abh. d. Münch. Akad.* 1871 p. 118.

[21]) l. l. p. 12.

[22]) *Arch. Z.* 1880, 185. 1881, 215.

[23]) *Arch. Z.* 1881, 247.

Sequitur (*D*) amphora musei Britannici figuris nigris ornata, quam edidit Heydemann *Mon.* X 53, 2. *Ann.* 1878, 227 [24]). In antro, quod rupe alta significatur, humi sedet Polyphemus dextera manu palum corripiens, quem tres viri barbati ex ordine a sinistra parte accedentes oculo eius infixerunt. Alterum vasculi latus teste Heydemanno continet Herculem cum duobus sociis contra duas Amazones pugnantem. Valde doleo quod neque huius imaginis neque totius amphorae delineationem addere placuit editori, unde facilius cuius vasorum generis cuiusque aetatis esset cognosceremus. Illud tamen pro certo habeo, non esse pictoris saeculo tertio priscae artis formas agrestes artificiose imitantis opus, sed saeculo sexto confectum. Simillima enim videtur forma corporum, pedum, manuum, oculorum, loricarum vasculo *Mon.* I 51 edito, eorum, quae litterae appictae Chalcide fabricata esse testantur, fere antiquissimo. Typum Polyphemi sedentis eundem repetitum invenimus in amphora Monacensi n. 573 = Lenormant et de Witte *Élite céramogr.* III 99, quae Argum Io in bovem conversam custodientem exhibet; cf. etiam hydriam *Mus. Gregoriano* II 16, 2a.

Saeculi quinti, ut videtur, opera sunt duo vasa figuris nigris neglegentius depicta:

E. Oenochoë musei Napoleonis III, *Cat. Campana* I 4—7, 954. *Arch. Anz.* 1859, 140*. (De Witte) *Notice sur les vases peints du Musée Nap. III* p. 20 VII 519, de qua benigne intercedente Conzio Heuzey vir cl. haec mecum communicavit: *'Polyphême est couché sur un rocher, au-dessous d'un berceau de feuillage. Deux Grecs, coiffés de pétases, lui enfoncent le pien enflammé dans le front; un troisième Grec, coiffé de même, fait rougir un second pien dans un brasier'*, et

F. amphora (f. 41 Jahn) musei Berolinensis n. 1929 Capuae reperta; edidit Panofka *Parodien und Karikaturen* 1851 t. 3, 1. 2 p. 6. Traditam compositionem pictor ita auxit, ut post Cyclopem adderet corpus humanum lignis ardentibus impositum et fugientem aliquem Ulixis socium.

Ex posteriore tempore unum exstat monumentum Graecum, quod Polyphemum excaecatum repraesentet, Ov. 27 anaglyphum marmoreum Catinae asservatum in museo monachorum ordinis S. Benedicti, depictum apud Houel *Voyage pittoresque des isles de Sicile et de Lipari* 1784 2, 135 t. 137, 2. Reliquae delineationes Tischbein *Homer nach Antiken gezeichnet* fascic. VI t. 4, Rochette *Mon. inéd.* 353 t. 63, 2. Inghirami GO III 38. Overb. *Hero. Gall.* t. 31, 16 minoris sunt pretii, cum opus ipsum interim recenti manu obaratum et suppletum esset. Cf. Foerster *Arch. Z.* 1871, 126 n. IV. Holm *Das alte Catania* 1873 p. 21 n. 23.

[24]) Commemorata iam a Welckero AD 5, 233.

Etruscae artis duo novimus monumenta:

Ov. 30 urnam cinerariam musei Volaterrani ex alabastrita confectam, quam edidere Rochette MI 351 t. 62, 3. Inghirami GO III 33. Overb. HG t. 31, 21. Brunn *I rilievi etr.* I 115 t. 87, 3. cf. Uhden *Abh. d. Berl. Ak.* 1816—17 p. 37, b. Schlie *Die Darstellungen des tro. Sagenkreises auf etrusk. Aschenkisten* 1868 p. 180, 3, et

picturam parietariam anno 1868 Tarquiniis in sepulcro, quod ab Italis *tomba dell' Orco* vocatur, detectam et ab Helbigio *Mon.* IX 15, 7 *Ann.* 1870, 41 cf. 68 publici iuris factam. Adscripta sunt nomina Ulixis et Polyphemi, ƎϞ≷VOV et VVƆVƆ, cf. Corssen *Sprache der Etr.* I 823. † Fabretti Inscr. Ital. suppl. I n. 413. Confectam putat Helbig imaginem non ante saeculum tertium collatis aliis quae nobis relictae sunt Etruscorum picturis. Quocum optime convenit, quod hic Cyclopem unum oculum in fronte gerentem conspicimus; sic enim eum inde a saeculo quarto demum ab artificibus effingi solitum esse, quamquam saeculo quinto eodem habitu in scaenam prodierat [25]), postero loco nobis erit disserendum.

II. ULIXES EX ANTRO POLYPHEMI EVADENS.

Sequitur, ut, quomodo Ulixes per dolum e manibus Cyclopis caeci effugiens ab artificibus antiquissimis sit repraesentatus, contemplemur.

Prospera enim fortuna tulit, ut monumentum nobis servatum sit crateri Aristonophi, quem primo loco nominavimus, fere aequale,

[25]) Eur. Cycl. 174. 458 cf. Wieseler *Das Satyrspiel* 1848 p. 78 [1].

situla ex segmento dentis elephantini fabricata et prostypis ornata a. 1874 Clusii effossa. Edidit Helbig *Mon.* X 39 A, 1. *Ann.* 1877, 398 cf. *Bull.* 1874, 207. Cylindri externa pars quattuor limitibus figuras humanas et bestias continentibus circumdata est, qui alternis ordinibus ornamentorum, foliorum ac florum, dirimuntur. Compluribus locis superficie contrita lineamenta figurarum omnino evanuerunt. Atque reliquos quidem limites, quibus milites, mulieres, tibicen, pueri equitantes, bigae, boves, Centaura, pantherae, gryphes repraesentata sunt, non ad certa facta certosque heroes referendos esse cuivis persuadebitur reminiscenti vasorum Etruscorum, quae Italorum vocabulo *vasi a bucchero* appellamus; alia autem limes supremus praebet. In parte sinistra stat navis eius formae, quam supra p. 3[5] descripsi, velo contracto, rector navis in puppi sedet gubernacula tenens; a dextera duo viri accedunt, sequuntur quattuor arietes — nam in lacuna, quae post primum est arietem, eandem figuram sculptam fuisse admodum probabile est — quorum sub ventribus singuli homines haerent. Reliqua pars huius limitis cum deleta sit, nescimus, num etiam Polyphemus fugientes Ulixis comites usque ad naves persequens effictus fuerit. Ornamenta, quae inter singulos ordines figurarum et inter figuras ipsas dispersa sunt, eadem in vasculis generis *orientalis* quod dicitur reperimus. Gryphes eodem habitu atque in monumentis Phoeniciis effingi, cum capiti aquilino neque crista neque aures aut aliud ornamentum impositum sit, Furtwaengler *Die Bronzefunde aus Olympia* p. 52 animadvertit.

Itaque cum eodem viro docto hanc situlam illi aetati adscribemus, qua Graeca ars vestigia Phoenicum diligenter sectabatur. Cui sententiae obstat Helbigii iudicium Phoenicium opus esse contendentis; neque enim ab Etruscis esse confectum, quia Phoenices ebur nondum caelo tractatum atque ornatum in Etruriam apportavisse vix sit veri simile, neque a Graecis, cum ab moribus eorum longi mulierum crines in unum quasi retim compti et milites sine ocreis repraesentati differant. Sed cum ocreae militibus etiam in cratere Aristonophi et in amphora magna Berolinensi prope Hymettum detecta desint, altera harum rationum stare non potest. Habitum quidem illum capillorum olim apud Graecos usitatum fuisse ex monumentis demonstrare nequeo, sed quam pauca sunt remoti illius aevi opera, quae cum hoc possint comparari? Contra non nullius mihi videtur esse momenti, quod fabulam Cyclopiam — hanc enim repraesentatam esse nemo infitia-

bitur — gentibus Semiticis notam fuisse neque ab ullo scriptore proditum est neque quicquam adhuc olfecerunt mythololog. Sed ne quid videar praetermisisse, argumentum ab Helbigio ipso non allatum fortasse aliquis ex dissertatione Guilelmi Grimm repetiverit commentationibus academiae Berolinensis a. 1857 inserta, qua vir illustrissimus iam ante Homeri tempora Polyphemi fabulam apud alias quoque nationes notam fuisse contendit, cum ei simillimae fabulae apud gentes Tataricas, Fennicas, Slavicas pervulgatae non ex Odyssea originem ducere, sed ex antiquiore quadam huius mythi forma viderentur manavisse. Qua de re cum viri docti qui in hanc rem inquisiverunt fere omnes Grimmio assensi sint velut Rohde *Der griechische Roman* 1876 p. 173, Krek *Einleitung in die slavische Litteraturgeschichte* 1874 1, 259, Nyrop *Sagnet om Odysseus og Polyphem* 1881 p. 43[1] (commentatione ex *Nordisk tidskrift for filologi* N.S. vol. 5 seorsim expressa), alii, breviter quid sentiam explicabo. Primum quod iam Bender *Die märchenhaften Bestandteile der Homerischen Gedichte*, Darmstadt 1878 p. 29 sq. animadvertit, Grimm non recte, ut erat nimia quadam memoriae popularis reverentia, qua versatiles illas et fluctuantes fabellas ab eadem gente per infinitum paene tempus integras propagari putabat, ubicumque inter Homerum et fabulam Mongolicam discrepet, hanc propius ad antiquissimam mythi formam accedere existimat, cum multo sit probabilius Homericam narrationem ipsam posthac sic deformatam esse. Porro si quis miretur quid Mongolis sit cum Homero, nostro iure respondebimus illos fabulam suam ex opere latino Iohannis de Alta Silva c. a. 1185 composito, quod Dolopathos inscribitur, accepisse, quippe quo idem referatur dolus, quo Cyclops Bissatum — is enim apud Mongolos Ulixis partes suscepit — ex antro feliciter iam egressum oblato anulo aureo capere studet; cui rei fidem addit, quod etiam ea, quae idem Johannes de fure thesaurum regis depeculante Herodotum 2, 121 secutus narrat, ad gentes Rossicas et Mongolicas transierunt[26]). Auctorem autem ex quo sua prompsit Iohannes quamquam ignoramus, tamen ex p. 71, 21, ubi ipsum Polyphemi nomen laudatur, elucet fabulam ex Homero originem ducere[27]). Id si concesseris — nec video

[26]) Iohannes de Alta Silva, Dolopathos ed. Oesterley 1873 p. XIX.

[27]) Miram sane de hominum medii aevi inscitia opinionem concepit Nyrop p. 25, tantum ex Dictye de Ulixis erroribus eos accepisse notitiam ratus, quasi non legissent Vergilium, Ovidium, Hyginum, Boethium de his

quid obstet — reliquarum quoque fabularum, quas Grimm et Nyrop collegerunt, originem eadem ratione explicandam esse non negabis, praesertim cum etiam Arabes ex ipso Homero Ulixis errores cognoscere potuisse Lane *1001 nights* 1877 3, 683 rationibus haud invalidis demonstraverit[28]).

Inter reliqua antiquioris aetatis monumenta, quibus Ulixes Cyclopis saevitiam elapsus effingitur, priore loco enumero vasa aliquot figuris nigris ornata, quae in duas classes dividere consentaneum est. Alterius tria novi exempla:

A. Ov. 11 Oenochoë (f. 57) musei Berolinensis n. 1645 in Magna Graecia effossa, edita Rochette MI 348 tab. 65, 1, Inghirami GO III 44, Ov. HG t. 31, 5. cf. A de Luynes *Ann.* 1829, 283. De Witte *Cat. Durand* n. 417.

B. Oenochoë musei Atheniensis edita ab Heydemanno *Griech. Vasenb.* t. 8, 2 p. 8. cf. Bursian *Arch. Anz.* 1855, 55*. Michaelis ib. 1861, 200*[11]. Sedet Polyphemus clavam tenens (*B*) aut manus sinistrorsum protendens (*A*), unde ex antro aries progreditur, cuius sub alvo vir barbatus haeret.

C. Oenochoë musei Napoleonis III, de qua Heuzey v. cl. haec mecum communicavit: '*Polyphème est couché dans un berceau de feuillage; en face de lui un rocher, derrière lequel on voit sorti l'avant-corps du bélier, avec Ulysse accroché dessous. No. d'entrée MNB 1748.*' Eandem imaginem post bella Persica, cum Athenis ars celeriter in dies effloresceret et augesceret vasculariique et pictores velut Epictetus, Euphronius mutata picturae ratione etiam lineamenta ipsa figurarum typosque a maioribus traditos mutarent atque argumenta nova imaginibus exprimere conarentur, novo generi picturae adaptatam esse docet

---

fabulis referentes. Cf. Bartsch *Albrecht von Halberstadt und Ovid im Mittelalter* 1861 p. CXIX.

[28]) Fateor cum summa cautione opus esse in eiusmodi quaestionibus existimem, me etiam eis diffidere, quae Gerland, ut alios omittam, ingeniosissimo et sagacissimo libello *Altgriechische Märchen in der Odyssee* 1869 de fabulis nonnullis Homericis, quas antiquitus apud Aricas gentes vulgatas fuisse putat, exposuit; nimis enim dubitationi obnoxiae rationes quas protulit, cum narrationes haud paucas ex Graecia diversis temporibus transportatas esse in Indiam constet. Homerum quidem Indicum, quem Dio Chrys. or. 53 vol. II 277 R. commemorat, non ad versionem Graecorum carminum referendum esse Weber *Ind. Stud.* 2 (1853) p. 161 demonstravit; certa tamen exempla convasaverunt Benfey *Pantschatantra* 1859 I p. XXII[1] et Liebrecht *Jahrb. f. roman. Litt.* 3, 81. Sic ipse notam illam Herodoti (6, 129) de Hippoclide fabulam, cui cum ebrius saltasset, sponsam socer denegavit, in libro Tibetico Kandjur (*Bull. de l'Acad. de Pétersb.* 23, 9) saeculo post Christum fere octavo vel nono conscripto nuper inveni narratam.

a. extera pars cylicis Caeretanae figuris rubris ornatae, quam apud Castellanium vidit Helbig descripsitque *Bull.* 1866, 183. cf. Klein *Euphronios* p. 113[1], 4 et Luckenbach *Jahrb. f. Phil. Suppl.* 11, 511. Tres hic arietes repraesentati sunt; primus eorum vellere villoso excellens, *λάχνῃ στεινόμενος* ut ait Homerus Od. ι 455, fert Ulixem barba distinctum a duobus sociis sub reliquis arietibus alligatis.

Ex hac compositione imagines, quas secunda classe comprehendimus, videntur derivatae esse, cum pictores exemplaria sua in breve cogentes Cyclopis figuram omitterent. Sunt autem hae:

D. Ov. 12. Lecythus (f. 70) Volcientis musei Britannici n. 765. Appictae sunt litterae speciem inscriptionis imitantes. Canino *Musée étrusque* n. 1149. De Witte *Descr.* 1837 n. 151. Panofka *Bull.* 1829, 141. Gerhard ib. 144[12]. Welcker AD 5, 235.

E. Ov. 15. Lecythus (f. 70) musei Monacensis n. 755 Agrigenti effossa. Luynes *Ann.* 1829, 283[19]. Rochette MI 348[4]. Urlichs *Jahrb. d. Alt. im Rheinl.* 2, 61.

F. Ov. 13. Lecythus [?] Panormi in museo principis Trabbia asservata, edita † Giuseppe Lanza principe di Trabbia *Opuscoli varj di archeologia Siciliana* 1823. *Mon.* I 7, 3. 4. Inghirami GO III 46. *Pitt. di vasi etr.* IV 56 t. 335. Ov. HG t. 31, 6. cf. Luynes *Ann.* 1829, 283. Benndorf *Arch. Anz.* 1867, 113*.

G. Ov. 14. Amphora (f. 4) Volcientis musei Monacensis n. 1056, edita Micali *Storia* 1832 t. 99, 10. Ov. HG t. 31, 15. cf. Gerhard *Ann.* 1831, 152 not. 395, 1. In altero latere mulier alata currens.

H. Ov. 16. Amphora columnata (f. 53) musei Carolirubensis Locris Epizephyriis detecta. Campus albo colore inductus est. In averso latere quadriga et Amazones. Froehner *Die griech. Vasen und Terrak. zu Karlsruhe* 1860 n. 32. Gerhard *Bull.* 1834, 165. *Arch. Anz.* 1851, 33, 1. Urlichs *Jahrb. d. Alt. im Rheinl.* 2, 61.

J. Vas ignotae formae, cuius delineationem apud Aemilium Braun vidit Welcker AD 5, 234.

K. Simile, quod olim in museo Leakii exstabat, Welcker AD 5,235. — Longius ab hoc typo recedunt *LM*:

L. Oenochoë in museo Lunghinii in vico Sarteano prope Clusium sito. Tres conspicis arietes, quorum sub primo homo est

alligatus, secundus virum fert dorso suo insidentem, tertius liber incedit. Brunn *Bull.* 1859, 81.

M. Cylix (f. 11) Volcientis musei Wirceburgensis. Ulixem sub ariete alligatum Cyclops clava armatus persequitur. In altero latere eadem imago repetita est. Picturam edidit Heydemann *Ann.* 1876, 350 t. R 2 cf. Brunn *Bull.* 1865, 53. Urlichs *Antikensammlung der Universität Würzburg* 3 (1872) n. 270. Luckenbach l. l. p. 505.

Imagines horum vasorum, quae maximam partem exeunte saeculo sexto in Attica videntur fabricata esse, quando primum inventae sint, etsi ignoramus, tamen partes, e quibus compositae sunt, aetati multo priori deberi facile est intellectu. Cyclopis enim sedentis habitus simillimus est Polyphemo excaecato, quem Aristonophus depinxit, ac figuram viri arieti alligati iam septimo saeculo ab artificibus Graecis esse repraesentatam, demonstrat situla eburnea, de qua paulo ante egi. Dubitaverunt viri docti, utrum homo, qui in *ABCDGHJKM* solus sub arietis alvo haeret, Ulixes habendus sit an unus ex sociis eius, qui in vasis *aEFL* additi sunt; offendebantur enim in eo, quod ille funibus[29]) ad arietem revinctus est, cum Homerus ι 425 sq. socios quidem Ulixis hoc modo ex antro effugisse, Ulixem autem vellus manibus apprehendisse referat. Sed neque probabile est hic non Ulixem primas partes in tota hac fabula agentem effictum esse et artificem poetae verba non arte secutum esse etiam aliis e rebus perspicitur. Si enim accurate pictura reddere voluisset Odysseam, socios, quos in *aEFL* Ulixi adiunxit[30]), ternis arietibus viminibus inter se copulatis alligatos debuit repraesentare, sicut poetatus erat Homerus ι 429 sq: — *ὁ μὲν ἐν μέσῳ ἄνδρα φέρεσκεν,*
τὼ δ' ἑτέρω ἑκάτερθεν ἴτην σώοντες ἑταίρους.
Cum autem id penicillo aut scalpro exprimere difficilius esset, singuli fingebantur arietes singulos viros ferentes. Cuius rei si excusationem parat artificibus ipsa artis natura, minus facile veniam accipere videantur, quod in alia re digressi sunt a narratione poetae. In nonnullis enim imaginibus (*AaDFH*) Ulixes

---

[29]) Funes appictos esse in *DEFGHM* constat, de *JKL* accuratiora non tradita sunt, in *ABC* antica modo arietis pars conspicitur.

[30]) Atque vasculum *a* quidem Ulixem ut ducem socios antecedentem exhibet, quamquam secundum carmen Homericum omnium extremus ex antro evadit.

repraesentatur ita se circumvertens sub alvo arietis, ut altera manu vellus teneat, altera gladium tollat, nimirum ut contra Cyclopem, si fugientis dolum animadverterit, se defendat, non ut vincula sua dissecet, ut dux de Luynes opinabatur. Quod ex suo ingenio novavisse pictorem, non ex alio quodam carmine sumpsisse recte Welcker cognovit, cum ait *Rhein. Mus.* 3 (1835) 615: '*Das Schwert ist nicht eine Variante der poetischen Tradition, sondern eine Frucht der bildenden Kunst*'. Sic enim ille clare designabat Ulixis cum Polyphemo inimicitiam atque animum fortem, securus idne Homerus narravisset necne; qua in re aptius egit quam qui in cylice Nolana supra p. 5, *B* citata Cyclope excaecato addidit poculum.

Figura hominis sub ventre arietis alligati, sive Ulixem dixeris sive socium eius, etiam in aliis operibus priscae vel archaicae quae dicitur artis occurrit. Anno 1862 cum prope Tegeam in vico Ag. Sostis multa sigilla argillacea effoderentur, aries terrenus inventus est, cuius sub ventre vir duobus funibus revinctus est cornua manibus prehendens[31]).

Simile videtur esse sigillum aereum musei Britannici in Epiro prope Paramythiam erutum, quod perperam descripsit † Pouqueville *Voyage en Grèce* ²II 136 laudatus ab Rochettio MI 357¹, cf. Welcker AD 5, 235 et Heydemann *Ann.* 1876, 351²b.

Ibidem alterum exemplar asservari testatur Heydemann l. l. 351²c, cuius postica pars deest.

Bis repetita est haec figura in capulo speculi aerei Puteolis oriundi, cuius delineationem ex Gorii apparatu sumptam publicavit Winckelmann MI n. 156. Nunc in bibliotheca publica Parisina exstare hoc opusculum non ignobile Furtwaengler benigne me edocuit, quamquam in catalogo Chabouilletii desideratur[32]).

Reliqua monumenta posteriore demum aevo confecta breviter hoc loco liceat enumerare:

Duo signa marmorea Romae exstantia, alterum Ov. 20 editum Tischbein *Homer* VI 5, Inghirami GO III 15. Clarac *Musée de sculp-*

---

[31]) *Arch. Anz.* 1863, 91*. Milchhoefer *Mitth. d. athen. Inst.* 4, 172 n. 6. Martha *Catalogue des figurines en terre cuite du musée de la soc. archéol. d'Athènes* 1880 n. 604.

[32]) Vix probabile videtur, quod Chabouillet *Catal. général des camées et pierres gravées de la bibl. imperiale* 1858 n. 3057 sigillum aereum viri arietem manu portantis ad Ulixem in insula Cyclopum commorantem refert.

ture t. 833 A n. 2087 B. cf. Matz *Antike Bildwerke in Rom* 1881 I n. 966 a,

alterum Ov. 21 editum Winckelmann MI. n. 155. Millin *Gal. myth.* 174, 633. Clarac *Mus.* t. 833 C n. 2027 C. Ov. HG t. 31, 22. cf. Schreiber *Arch. Z.* 1879, 65 n. 351. PEVisconti *Catal. del Museo Torlonia* 1880 n. 348[33]).

Patera argillacea nigro colore obducta, Stephani *Vasensammlung der Ermitage* 1869 n. 870.

Lucernae terrenae:

a. Musei Panormitani, Soluntii inventa, ed. Salinas *Relazione del real museo di Palermo* 1873 t. 4, 6 cf. *Arch. Anz.* 1865, 139*.

b. Musei Berolinensis Inv. n. 3619. Gerhard *Leitfaden zur Vasen- und Terrakottensamml.* 1851 p. 66 n. 357.

c. Musei Monacensis. Christ et Lauth *Antiquarium* p. 65 n. 850. *Bull.* 1844, 41.

d. Froehner *Coll. AB[arre]* 1878 n. 207.

e. quam Smyrnae apud Gonzenbachium vidit Stark *Nach dem griech. Orient* 1874 p. 389.

Nummus contorniatus qui dicitur. Av. Caracallae caput ANTONINVS PIVS. Rev. Aries, sub quo Ulixes haeret, de planta degustans OLEXIVS. Ed. Wiczay Mus. Hederv. 2, 411 n. 32 t. 10, 11. Greppo *Rev. numism.* 1840, 89. Sabatier *Méd. contorniates* 1860 t. 13, 17 p. 88 cf. Cohen *Méd. impér.* VI p. 580, 5.

Polyphemum ante speluncam sedentem arieti adiectum videmus in opere tesselato a. 1873 Baccanis prope viam Cassiam detecto, de quo egerunt Brizio *Bull.* 1873, 132 et Ruggiero *Catal. del Museo Kircheriano* I (1878) p. 277 n. 23, et in sarda musei Berolinensis apud King *Antique gems and rings* 1873 2 t. 44, 10 p. 66 edita, quam haud immerito suspectam habet Heydemann *Ann.* 1876, 351[2].

[33]) Cum hoc monumento olim coniunctum erat signum marmoreum Polyphemi excaecati manibus arietem illum perscrutantis Morcelli-Fea-Visconti *Descr. de la Villa Albani*[3] 1870 p. 79 n. 497, quod saeculo, quod nostro antecedit, confectum esse testatur Wiczay Mus. Hedervarii 1814 2, 412.

III. ULIXES IN CIRCES INSULAM DEVENIENS.

Reliqua inter artis opera, quae ad Ulixis errores spectant, nullum saeculo sexto antiquius videtur esse. Dubitationi enim valde est obnoxium, num recte Pausanias (5, 19, 7) duo prostypa arcae illius in templo Iunonis Olympico asservatae, in qua olim Cypselum infantem mater condidisse ferebatur, sit interpretatus. Imaginibus enim supremi quinque limitum, quibus hoc opus ornatum erat, cum nomina non adscripta essent, coniecturis aedituorum vel scriptorum, quibus sua debet periegetes, patebat campus. Quos non semper verum vidisse ex ipsis Pausaniae verbis licet suspicari; cum enim initio illius limitis homo et mulier intra specum in lecto cubantes repraesentati essent et iuxta quattuor ancillae, hic Ulixem a Circe benigne receptum existimabant effictum; eundem enim esse famularum numerum et eadem eas obire negotia, quae Homerus κ 348—359 describeret. Nolo quos heroes in animo habuerit priscus ille artifex Corinthius coniectura assequi[34]), fortasse omnino non de certis personis cogitavit; sed Pausaniae ratiocinationem subtiliorem esse quam verisimiliorem quivis perspiciet, praesertim cum ne id quidem extra dubitationem positum sit, num recte sit interpretatus, quae paulo post in eodem limite effícta esse narrat: Nausicaam cum ancilla curru vectam[35]).

[34]) Admodum probabile videtur, quod ad nuptias Pelei cum Thetide celebratas imaginem relatam esse audio a Loeschckio in scriptione academica, cui titulus est † Observationes archaeologicae Dorpat 1880, cf. *Arch. Z.* 1881, 49.

[35]) Utique improbandae sunt Panofkae hariolationes (*Cab. Pourtalès* p. 110 t. 8, 4), qui imaginem mulieris inter duas rupes cubantis amphorae Volcienti inductam ad Circen pertinere opinabatur illius Pausaniae loci recordatus, quamquam desunt Ulixes et ancillae. Ne antrum quidem his saxis aperte designari sicut in vasculo supra p. 12, *B* laudato concesserim, cum etiam Europa in tauro sedens (Fiorelli *Notizia dei vasi Cumani* 1856 t. 9, 2) et Aethiopes Memnonem mortuum auferentes (Benndorf *Griech. und sicil. Vasenb.* t. 42, 2) similibus rupibus inclusi in vasis pictis eiusdem speciei occurrant.

Sed misso Pausania ad ea monumenta accedamus, quae temporum iniurias adhuc effugerunt. Primum locum obtinet

A. Ov. 49 = 51. Lecythus (f. 70) musei Berolinensis figuris nigris ornata, quam Eduardus Gerhard in Sicilia comparavit. Edidit Koerte *Arch. Z.* 1876, 189 t. 15. Cf. Braun *Bull.* 1835, 30. Iahn *Archäol. Beitr.* 406. Welcker AD 5, 236. Luckenbach *Jahrb. f. Phil. Supplem.* 11, 506. Media in imagine conspicis feminam longa veste indutam sedentem in sella eius formae, quam Graeci ὀκλαδίαν vocant; poculum, quod harundine permiscet, viro barbato porrigit, qui a dextra appropinquat gladium manu tenens [36]. Argumentum imaginis manifestum fiet, cum reliquas figuras consideraveris; utrimque enim ad feminam illam et virum manus protendunt bini viri nudi, quorum forma humana ita cum beluina mixta est, ut pone affixas gerant caudas et umeris insideat caput asini aut apri aut oloris; quarti viri caput deletum est. Hoc modo cum homines in bestias conversos ab artificibus veteribus significari constet [37], haudquaquam dubitantes figuras quae medium inter eos locum tenent Ulixem et Circen putabimus. Ille accepto poto statim stricto gladio Circen est aggressurus, socii autem anxio gestu et nutu eum student arcere, ne poculum oblatum sumat atque eadem fraude fallatur, qua ipsi [38].

Idem factum celebratur ⟨*B*⟩ Ov. 52. 53 imaginibus amphorae Volcientis (f. 36), quae in museo Parmensi exstat, figuris rubris ornatae et non ante saeculum quartum, ut videtur, confectae. Etenim colores pictor adhibuit viliores et lineamenta manu quamquam facili tamen minus diligenti traxit. Edidit Overbeck *Mon.* V 41. *Ann.* 1852, 230. *Hero. Gall.* t. 32, 1. 2. Cf. Braun *Bull.* 1838, 27. 1853, 75. Iahn *Arch. Beitr.* 407. Heydemann *Antikens. in Ober- und Mittelitalien* 1879 p. 48 n. 43. Alterum amphorae latus occupat homo barbatus chitone et himatio vestitus, lanceam manu tenens, pe-

36) Eo peccavit artifex, quod vaginam a latere viri dependentem non inanem pinxit, sed capulum addidit.

37) Cf. infra epimetrum I.

38) Antequam haec lecythus a Gerhardo emeretur, id est ante a. 1835, homo Siculus aliquis male ingeniosus vasculum fabricatus est ad illius exemplar imagine ornatum, quod Odofredus Mueller cum a. 1839 per Siciliam iter faceret vidit. Nunc exstat in vico Neuburg prope Heidelbergam apud baronem de Bernus; descripsit et fraudem agnovit Stark *Arch. Z.* 1876, 191.

taso more viatorum ab umeris pendente, colloquens cum femina, iuxta quam canis adstat. In altero latere idem vir deposito petaso et chitone conspicitur in feminam illam, quae eum passis manibus implorat, stricto gladio invadens. Ulixem et Circen effictos esse cognoscitur ex figura hominis apri capite instructi, qui humi sedens manum versus Ulixem protendit [39]. Huic enim ut humanam formam restituat, Ulixes a dea postulat. Circes sublatis bracchiis cum non stuporem et preces exprimi, sed liberationem incantati viri (*'den Akt der Entzauberung, ein Geheimnisvolles, Rituelles'*) suspicaretur Overbeck, recte monuit Koerte, eam non in socium Ulixis, sed in ipsum Ulixem oculos convertere; deinde de illo gestu solutionis neque ab Homero κ 388 sq. neque ab ullo scriptore aut artifice quicquam traditum est. Omnis autem dubitatio, si qua adhuc inhaerere potest, tolletur, cum duo specula Etrusca contemplatus eris, de quibus p. 21, *a. b* fusius exponam, quae Circen exhibent pari modo sublatis manibus Ulixis gratiam implorantem. Confirmationem inde accipit quamvis levem suspicio, quae ob delineationem et ab Attico et ab Apulo artificio maxime diversam [40] oboritur de origine vasculi Etrusca. In altera imagine Ulixem ad Circen devenientem agnoscere non dubitabis; Eurylochum cur intellegi velit Overbeck, non video, prorsus autem a specie veritatis abhorret Braunii opinio, qui Ulixem ab Euryclea nutrice et Argo cane salutatum repraesentari censet, cum sufficientibus rationibus omnino careat.

Ex eodem, unde lecythus musei Berolinensis, archetypo originem ducunt imagines duarum amphorarum, in quibus non Ulixem ipsum habes adumbratum, sed socium eius a dea in suem conversum. Utraque Nolae effossa, utraque artificium Atticum, quod saeculo quarto tribui solet, prae se fert:

C. Ov. 50. Altera (f. 41) pulchri quod vocatur generis ex thesauris Torrusii Neapolitani in museum Berolinense venit. Edidit Koerte *Arch. Z.* 1876, 189 t. 14. Cf. Rochette MI 361. Panofka *Ann.* 1847, 213. Schoell *Arch. Z.* 1865, 48 n. 6.

39) Perperam in tabula Ov. libro adiuncta delineator hunc socium et Ulixem ipsum crepidis instruxit, cum rugas quasdam cutis, quae in delineatione Monumentorum satis dilucide adumbratae sunt, pro corrigiis acciperet.

40) Plura contendere non ausim, cum certa huiusce vasorum generis mihi desint exempla. Cf. quae Heydemann narrat: *'Rohe rote Farbe, leidlich guter schwarzer Firniss. Grobe Zeichnung.'*

Heydemann *Bull.* 1869, 147 n. 7. Sedet Circe poculum manibus tenens et virgam magicam[41]; sinistrorsum homo nudus aufugit dextera caput tangens, quod iam in suillam formam transiit.

D. Altera (f. 38) olim principis a Wittgenstein, nunc musei Dresdensis, edita a Iahnio *Arch. Z.* 1865, 18 t. 194, 1. 2 cf. Hettner *Bildwerke der Antikensammlg. zu Dresden* 1875 p. 13 II 29, continet easdem figuras, praeterquam quam quod deam stantem pinxit artifex et viri mutati pedes quoque porcinos reddidit. Idem fortasse vasculum est, quod a. 1842 Welcker (AD 5, 236) Nolae apud Dominicum Sogliam vidit; quamquam verba eius '*auf der einen Seite Kirke mit dem Zauberbecher, auf der anderen einer der Gefährten mit Schweinskopf*' si accurate interpretanda sunt, tertium eiusdem imaginis exemplar servatum esse testantur.

Circen deam Welcker l. l. etiam in duobus vasis figuris rubris inductis agnoscere sibi visus est, hydria Volcienti in museo academiae Petropolitanae asservata[42] et lecytho (f. 70) Nuceriae reperta[43]. Illa continet feminam inter aprum, leonem, lupum stantem, haec mulierem sui pabulum praebentem. Sed cum saepenumero in vasis pictis appareant feminae cum animalibus quae domi foveri solent ludentes et ea cibantes, velut canem Minervini *Mon. di Barone* t. 12, 3, gruem Stephani *Compte-rendu pour* 1865 t. 4, 3, anseres Gerhard *Trinksch. u. Gefässe* t. 13, 3, alia, procul dubio Iahn circumspectius egit, cum non homines in bestias conversos, sed meras bestias hic effingi contenderet.

Contra iure, ut iam ad posteriorem aetatem transeam, ad Circes fabulam relatum puto anaglyphum marmoreum initio saeculi sexti decimi ex Sicilia aut Graecia in Germaniam advectum, cuius memoriam nuper Bursian *Sitzungsber. der bair. Akad.* 1874, 135 redintegravit, cum de epistula commentationem ederet, qua Beatus Rhenanus (Rerum Germanicarum libri tres p. 193 ed. 1531 = p. 205 ed. 1551) monumenta a. 1531 Augustae Vindelicorum in domo Raimundi Fuggeri asservata enumerat. Quae monumenta cum nunc aut dispersa aut deleta sint, verba ipsa Beati Rhenani exscribam: '*Aderat tantum unum illic simulachrum lapideum. Circe fuit. ea nuda recumbebat innixa dextro*

41) Od. κ 238 ῥάβδῳ πεπληγυῖα.

42) Micali *Mon. ined.* 1844 t. 40, 3 p. 239.

43) Heydemann *Vasensammlung des Museo Nazionale* n. 3353. Edidit Minervini *Bull. Nap. NS* 5 (1857) p. 71 t. 5, 2.

bracchio, circum se in margine tabulae marmoreae uarias bestias habens, et adhuc illa magica virga sua quendam in brutum conuertebat, supereratque pars hominis non amplius quam dimidiata'. Compositionem anaglyphi maxime cum amphoris Nolanis modo laudatis comparaveris, quamquam proprium eius est, quod Circe cubans repraesentatata erat, non sedens aut stans.

Similis imago nescio an expressa sit in tessera plumbea Romana, de qua Ruggiero *Catalogo del Museo Kircheriano* 1, 185 n. 1098 (1878) haec habet: '*A Ulisse in zattera a d. B Uno dei suoi compagni convertito in asino da Circe. Palma a d.*'

Multo saepius ab artificibus Etruscis et Romanis effictum invenimus Ulixem ad Circen devenientem.

Haec opera Etrusca derivata esse ex fonte Graeco inde concludere nullus dubito, quod quae aetatem tulerunt omnia, si amphoram *B* excipis, de cuius origine p. 19 dubitavimus, pari modo atque lecythus Berolinensis (*A*) Circen sedentem et Ulixem ante eam stantem exhibent, tamen alias res easque gravissimas Etruscorum ingenio deberi statim dilucide apparebit.

Habemus duo specula aerea adeo inter se similia, ut vix ovum magis sit ovo:

a. Ov. 57. Alterum quod Stephanus Pighius olim apud Maximilianum Waelscapple canonicum Ultraiectensem vidit et delineavit, ex codice Pighiano fol. 57 ediderunt Jahn *Ann.* 1852, 208 t. H. Overb. HG t. 32, 15. Gerhard *Etr. Spiegel* † t. 403, 1 *Paralip.* n. 361. Cf. Iahn BSG 1868, 182 n. 33. Gerhard *Abh. d. Berl. Akad.* 1859, 476 n. 361. Fabretti Inscr. Ital. n. 2537.

b. Alterum a. 1864 Tarquiniis effossum asservatur in museo Parisino Louvre. Ediderunt Froehner *Musées de France* t. 24 et Gerhard *Etr. Sp.* † t. 403, 2 *Paralip.* n. 361*. Cf. Brunn *Bull.* 1864, 23. *Arch. Anz.* 1864, 153*. Fabretti Inscr. Ital. n. 2277 bis B.

Conspicitur Ulixes ⟨ƎɫϟOV⟩[44] gladio stricto in Circen ⟨AↃDƎↃ⟩ in sella sedentem invadens; ab altera parte deae stat Elpenor ⟨ИVDA⅂ɅƎƎ⟩[45] galea, arcu sagittaque armatus, infra denique sus, cuius pedes posteriores humanam habent

44) De nominis forma cf. Deecke in *Beiträge zur Kunde der indogerm. Sprachen* ed. Bezzenberger 2, 170 n. 102 et *GGA* 1880, 1436. Iordan *Krit. Beiträge zur Gesch. der latein. Sprache* p. 39 sq.

45) Cf. Deecke in *Beitr.* 2, 166 n. 48.

formam. Designare volebat artifex hac ratione, quam a Graecorum consuetudine prorsus abhorrere infra demonstrabo, non vulgarem suem se oculis nostris proposuisse, sed socium Ulixis in bestiam conversum. Item cum figurae, quam symmetriae causa ut spatium vacuum imaginis apte expleret Ulixi opposuit, nomen Elpenoris adscriberet, quippe qui unus inter socios Ulixis praeter Eurylochum memorabilis (Od. κ 552 sq. λ 51 sq.) esset, non Graecum exemplar secutus est, sed fabulas de Ulixe circumlatas, quibus magnopere delectatos esse Etruscos scimus [46]), libero arbitrio reddidit et miscuit.

c. Dubium est, num speculum aliud, quod Florentiae apud comitem Pulsky se vidisse memorat Conestabile *Revue arch. NS* 14, 117 (1866) [47]), inscriptione *Thancvilus funial* insignitum eandem fabulam contineat.

Typum Ulixis et Circes paulo variatum [48]) ostendunt duae u r n a e solito diligentius ex alabastrita sculptae, e quibus unam ⟨*d*⟩ Volaterris effossam, cuius superior pars deest, Brunn *I rilievi delle urne etr.* I 118 tab. 89, 3 delineandam curavit, cf. Schlie *Die Darstellungen des tro. Sagenkreises* p. 183 n. 3. Alterius ⟨*e*⟩ breviter mentionem fecit Duetschke *Antike Bildw. in Oberitalien* 2 n. 313 inter monumenta villae Florentinae Rinucciniorum.

Placet his adiungere reliquas urnas Etruscas, quarum argumentum ex eadem fabula sumptum esse constat, quamquam via explicationis multis impedimentis obstructa est, quae ne a Brunnio quidem interpretum postremo puto soluta:

f. Ov. 56. Urna musei Volaterrani n. 336 ex tofo facta, edid. Guarnacci *Origine Italiche* 1767 1, 456 t. 2. Rochette MI 361

---

[46]) Documento est magnus numerus monumentorum Etruscorum quae ad Odysseam pertinent, cf. Brunn *I rilievi etruschi* I p. 113. Nec videtur absonum in memoriam revocare, quae Lycophron 805. 1242 c. schol. Plutarchus de aud. poet. p. 27 E alii de hac re nobis tradiderunt. Cf. O Mueller *Die Etrusker*² 2, 281 sq.

[47]) '*Le dessin gravé sur ce miroir ne représente que deux figures: l'une est un homme nu et armé de la haste, l'autre est une femme assise, vêtue d'un manteau, qui, le bras et la main étendus vers le premier personnage, semble converser vivement avec lui.*' Catalogum monumentorum a comite Féjervary-Pulsky collectorum, qui Parisiis 1868 in publicum prodiit, non novi.

[48]) Consociati sunt cum his figuris primariis famulae Circes et Ulixis socii, inter quos unus leonino capite insignis est. Sic enim ut in lecytho illa Graeca etiam in Etruscis monumentis occurrunt milites Ithacenses varias bestiarum formas induentes, suis (*abfi*), ovis (*fg*), tauri (*f*), equi (*g*).

t. 61, 2. Inghirami GO III 51. Ov. HG t. 32, 5. Brunn l. l. I 117 t. 88, 2. Cf. Uhden *Abh. d. Berl. Akad.* 1816—1817 p. 38, d. Iahn *Arch. Beitr.* 408. Brunn *Bull.* 1863, 12. *Arch. Anz.* 1863, 83*. Schlie l. l. p. 182 n. 2. Ulixem hic agnoscit Brunn poculo medicato, quam a Circe acceperit, tribus sodalibus pristinam formam restituentem. At num liceat Ulixem nominare adolescentem illum imberbem dubito nec possum intellegere cur femina porcellum manu tenens dextrorsum abeat, cum si iure Circe vocetur eam liberationi illorum interesse consentaneum sit.

g. Urna ex tofo facta musei Florentini n. 427 Volaterris oriunda. Brunn l. l. I 116 t. 88, 1. Schlie l. l. p. 182 n. 1.

h. Urna prope Clusium in vico Cetona effossa, ed. Braun *Ann.* 1842, 47 t. D. Micali *Mon. ined.* 1844 t. 49, 2 p. 310. Brunn l. l. I 120 t. 89, 4. Cf. Iahn *Arch. Beitr.* 409. Overb. HG p. 784. Schlie l. l. p. 184 n. 4. In duobus his exemplaribus *gh* effictus est Ulixes inter comites iam a dea conversos. Addidit fabricator urnae *g* virum armatum ad illum celeri cursu appropinquantem, quem num iure Eurylochum existimaverint viri docti de eis quae apud Circen acciderant duci nuntiantem, in medio relinquo. Idem artifex quo clarius rationem mutationis exprimeret, milites Ulixis poculum manu tenentes repraesentavit, quasi momentum ipsum reddere vellet, quo potionem magicam sorbentes ex hominibus bestiae fierent. Quocum convenit quod simillimam figuram scalptam habes in

i. sarda Etrusca musei Petropolitani quae scarabaei formam imitatur, edita a Koehnio *Mémoires de la societé d'archéol. et de numism. de St. Pétersbourg* I (1847) 71 t. 3, 15. Cades *Impronte gemmarie* 31, F n. 14.

Quodsi id ex hac monumentorum Etruscorum contemplatione lucrati sumus, quod eandem compositionem, quam in vasculo Graeco saeculi quinti deprendimus, quamvis varie mutatam ac deformatam apud Etruscos quoque multum habuisse auctoritatis cognovimus, magis declinare videbimus opera serioris G r a e c o r u m et R o m a n o r u m artis. Non modo enim sedentem habes Circen (δ) sicut in archetypo illo (*A*) aut stantem (γζ) sicut in amphora musei Parmensis (*B*), sed etiam ad genua Ulixis prostratam (αβε), qui ipse aut in sella consedit (βζ) aut iam in eam invadit (αγδε). Notatu dignius videtur artifices artius se applicuisse ad narrationem Homeri: cum enim prioribus saeculis Ithacenses in bestias con-

versos appingere minime dubitarent, etsi eo momento non una fuisse cum Ulixe et Circe in carmine Homerico relatum erat, iam illos aut prorsus omissos esse constat aut in hara[49]) inclusos (*δε*), e qua capita tantum prominent, esse effictos. Nec latet causa. Iam enim licebat imaginem proponere Ulixis a ceteris heroibus pileo[50]) ac toto habitu clare distinctam; non igitur opus erat figuris illis, quas antea artifices adiecerant, non modo quod Homericam fabulam quam copiosissime exprimere studebant, sed etiam ut argumentum imaginis manifestius redderent. Aptius videbatur, secundas partes dare ancillis, quas paulo post (*κ* 348) Homerus commemorat. Superest ut monumenta ipsa accuratius designem:

α. Ov. 54. Anaglyphum marmoreum Romae in aedibus Rondaniniorum adservatum, ed. Venuti *La favola di Circe* 1758 t. 2 p. 4. Barthélemy *Mém. de l'acad. des inscr.* 28 (1761) p. 596 t. 2. Guattani *Mon. ined.* 1788 *Marzo* p. XI t. 1. Millin *Gal. myth.* 174, 635. Inghirami GO III 50. +Guigniaut *Relig. de l'ant.* 247, 847. Overb. HG t. 32, 3. Iahn *Griech. Bilderchroniken* p. 6 t. 4 H.

β. Picturae parietariae a. 1848 Romae in monte Esquilino detectae, ed. Woermann *Die antiken Odysseelandschaften vom esquilinischen Hügel zu Rom* 1876 t. 5.

γ. Ov. 55. Pictura Pompeiana Helbig n. 1329, a. 1811 effossa, nunc deleta, ed. Mazois *Les ruines de P.* 2, 85 t. 43. Zahn *Die schönsten Ornamente und merkwürd. Gemälde aus Pompeji* 3 t. 44. Overb. HG t. 32, 11. — De pictura Helbig n. 1565, in qua olim Inghirami GO III 107 et alii Circen et Ulixem agnoscere sibi visi sunt, videsis Iahn *Archäol. Beitr.* p. 402 et Knapp *Jahrb. f. Philol.* 123, 226.

δ. Lucerna argillacea Saulinii, ed. Iahn *Arch. Z.* 1865, 20 t. 194, 4. cf. Brunn *Bull.* 1863, 12.

ε. Nummus contorniatus ed. Sabatier *Les méd. contorniates* 1860 p. 62 t. 8, 13. Iahn *Arch. Z.* 1865, 18 t. 194, 3. Friedlaender *Ztschr. f. Numism.* 7, 232 t. 4, 12. Cf. Cohén *Méd. impér.* VI 556, 3. 560, 62. Robert *Revue Belge de numism.* 1882, 105[4].

---

49) Hom. Od. *κ* 238. 389.

50) Id quod Apollodoro tribuit schol. Il. *K* 265, Nicomacho Plin. 35, 108 et Serv. in Verg. Aen. 2, 44.

ζ. Sarda Dubois *Descr. des antiques de Pourtalès* 1841 n. 1245. *Cat. Pourtalès* 1865 n. 1260, cuius ectypon videtur esse Cades *Impronte gemmarie* 31, F n. 15.

IV. ULIXES SIRENUM INSULAM PRAETERVEHENS.

Inter monumenta, quibus Odysseae fabulae illustrantur, Helbig *Bull.* 1864, 61 n. 4 recipi voluit vas Cumanum, quod formam navis imitatur. Est argillae sufflavae, manu perquam rudi confectum, hic illic fusco colore depictum. Prorae insidet vir barbatus latera navis prehendens, in puppi similis figura conspicitur '*in posa mezzo sedente, mezzo giacente colle mani sul dorso.*' Quamquam igitur de tali opere difficile est diiudicare, si non delineatione suppletur descriptio, tamen Helbigii interpretationem vacillare puto, cum tota in eo nitatur, quod alterius hominis manus post tergum eius videntur vinctae; quod ipse sensit, cum hoc modo pergeret: '*Siccome le figure umane vi sono soltanto un ornamento accessorio, non tutti i motivi son espressi in maniera corrispondente alla tradizione.*'

Excluso igitur hoc vasculo tempore facile primum monumentorum huc pertinentium est cylix (f. 12) a Nicosthene Atheniensi confecta. Est Volceis effossa, descripta apud De Witte *Cat. Durand* n. 418. *Cat. Beugnot* n. 57. Brunn *Gesch. der griech. Künstler* 2, 717 n. 42. Postremum in Hopii manus pervenit. Exteriorem partem quattuor naves circumdant, quarum prorae capite apri, puppes collo oloris ornatae, vela albo colore picta sunt, figurae reliquae nigro. In eo latere, quod litteris inscriptis ΝΙΚΟϟΘΕΝΕϟ ΕΠΟΙΕ insignitur, utraque navis virum togatum stantem in prora continet, in postica parte remigem sedentem. Prope ansam Sirenem conspicis in rupe sedentem atque vultum ad naves retorquentem, iuxta delphinum natantem. Alterius lateris eadem fere est imago praeterquam quod viri togati omissi sunt. Facilem et parum accuratam manum Nicosthenis, quo nemo figulorum et pictorum Atheniensium saeculi quinti, quos novimus, uberiorem vasorum numerum nobis reliquit[51]), non modo ex ipsa pingendi ratione

---

51) Cf. infra epimetrum II.

agnoscis sed etiam ex tota imaginis compositione. Tantum enim abest, ut hac pictura, quam primus videtur invenisse, fabulam Homericam quasi enarret, ut contra nave Ulixis quater repetita velut mero ornamento externam cylicis partem impleat et addita figura Sirenis obiter quid voluerit effingere designet. Quantum autem iam proxima aetate figuli Attici profecerint in arte pingendi ex monumento, de quo nunc agendum est, potest cognosci,

Ov. 67. amphora Volcienti (f. 36) figuris rubris ornata musei Britannici n. 785, quam primus edidit E de Laglandière *Mon.* I 8. *Ann.* 1829, 284. Ov. t. 32, 8. Panofka *Archäol. Komm. zu Pausanias, Abh. d. Berl. Ak.* 1853 t. 3, 6. 6a. cf. CIG 7697. Schrader *Die Sirenen* p. 74. Luckenbach *Jahrb. f. Philol. Suppl.* 11, 514. Compositio imaginis sensui aptissima, delineatio ipsa manu subtilissima confecta, quamquam nondum ad summam et absolutam pulchritudinem evecta. In antica vasculi parte repraesentatur navis ad sinistram versa, quae velo contracto a quattuor remigibus[52]) propellitur[53]), gubernator laborem eorum manu elata ad certa tempora videtur modulari (*κατακελεύειν*). Forma navis eadem est, quae in vasis pictis non multo prioribus apparet; a puppi pendet vexillum (*ταινία, σημεῖον*), funes, quibus antenna regitur (*μετάγεται*) et velum contrahitur (*συσπᾶται*)[54]), omnes in puppi sunt alligati. Ad malum vinctus stat vir nudus barbatus vultum in altum attollens; notatur inscriptione ΟΛVΣΕVΣ, quae vulgaris forma nominis Ulixis est apud Atheniensis saeculo sexto et quinto[55]). Utraque ex parte navis in alto scopulo stat Siren formae antiquissimae, cum caput tantum humanam habeat formam, nondum pectus[56]); alteri earum nomen ΗΙΜΕ[Ρ]ΟΠΑ adscriptum est; tertia Siren oculis clausis ab rupe in mare se praecipitat. Undas maris ut exprimeret, artifex non subrubrum argillae colorem nu-

---

52) Numerus remorum non concinit cum remigibus, qua in re saepe peccaverunt artifices antiqui.

53) Cf. Hom. Od. μ 170 sq.

54) *Brassen* et *Geitaue.*

55) *Ὀλυτεύς* legitur in vasis figuris nigris ornatis: *Mon.* IV 55. Mus. Berolin. n. 1588. *Cat. Campana* I 4—7, 1118. Gerhard AVB 199. fig. rubris: *Mon.* VI 21. 19. 22. *Cat. Campana* I 10, 134. *Mon.* II 10 A. *Arch. Z.* 1881, t. 8, 1. *Ὀλυσεύς* fig. nigris: *Ann.* 1865 t. F. fig. rubris: *Mon.* I 8. IX 42, 2. X 53, 1.

56) Cincinnus ab aure super genam pendet sicut in statuis nonnullis et anaglyphis marmoreis cf. Schrader *Die Sirenen* p. 90.

dum reliquit, sed tenuem ac paene tralucidam vernicem crasso penicillo illevit, quemadmodum iam in duobus vasis figuris nigris depictis[57]) aquam effictam videmus. In altero latere amphorae[58]) tres adolescentes volantes conspicis, quorum unus taeniam, alter frondem, tertius leporem fert; adscriptum est eis ΚΑΛΟΣ ΚΑΛΟΣ ΗΙΜΕΡΟΣ. Primum igitur hic deum illum, quem iam Hesiodus theog. 201 nominat, etiam ab artifice repraesentatum habes, eodem tempore quo plures *Ἔρωτας* populum Graecum animo sibi finxisse et tragoediae Euripideae et vasa picta testantur. Similes enim Amorum figurae in supellectile fictili saepius exstant, quae ob litteraturam ac totam picturae speciem eidem tempori adnumeranda est atque nostrum vas[59]), i. e. medio potius quam exeunti saeculo quinto. Atticae autem origini huius amphorae minime obstat, quod olim Odofredus Mueller *Ann.* 1832, 377, Schulz *Amazonenvase von Ruvo* 1851 p. 11[274], Franz CIG IV p. V obiecerunt, cum formam *Ἱμερόπα* Dorico artifici deberi contenderent. Haud enim raro tales formas in vasis Atticis occurrere iam Otto Iahn *Vasensammlung zu München, Einl.* p. CXCVIII animadvertit; cuius rei exempla propono haec, ut alia omittam: amphoram figuris nigris inductam musei Monacensis n. 380 ΠΟΝΤ[Ο]ΜΕΔΑ et ΜΕΝΕΛΕΟΣ, hydriam musei Wirceburgensis n. 131 ΑΝΘVΛΑ (hanc formam etiam Glaucytae cylix Monacensis n. 333 praebet) ΑΝΘVΛΕ (sic etiam mus. Brit. n. 475) ΗΕΛΕΣΙΛΑ ΜVΡΤΑΛΕ, cylicem fig. rubris ornatam Monacensem n. 331 ΚΑΛVΚΑ, fragmentum pulcherrimum Schoene *Museo Bocchi* n. 404 ΚΑΛΛΙΟΠΑ et Ο]ΙΔΙΠΟΔΗΣ, scyphum *Mon.* IX 42, 2 ΑΝΤΙΦΑΤΑ et ΟΛΙΣ[Σ]ΕΥΣ. Ipsa autem vox *Ἱμερόπα* eadem ratione formata est qua *Θελξιόπη* et *Ἀγλαόπη*, quae Sirenum nomina scholiastae in Apoll. Rh. 4, 892 et Od. μ 39 memoriae prodiderunt.

Superest ut cum Homeri verbis haec duo vasa comparemus et videamus, quomodo mythum tractaverint artifices. Propius ad Homerum accedere amphoram musei Britannici iam dixi, quod contracto velo in ea repraesentatur Ulixes navigans; sed sunt alia et graviora, quibus ab eo differat. Atque primum quidem sollemnem Sirenum formam num Homerus novisset, iam veteres in

---

57) Lenormant et de Witte *Élite céram.* IV 17. 18.

58) Ediderunt etiam Wieseler DAK II 667 et Conze *Heroen- und Göttergestalten* t. 45.

59) *Élite céram.* IV 44—51. Cf. Furtwaengler *Eros in der Vasenmalerei* 1874 p. 15.

dubitationem vocavere, quamquam non satis dilucidum est, utrum ex Aristonici commentariis an ex alio grammatico fluxerint, quae tradit scholiasta Od. μ 39: *οὔτε γένος παρίστησιν Ὅμηρος οὔτε πτερωτὰς αὐτάς φησιν εἶναι.* Nostro deinde saeculo IHVoss *Mytholog. Briefe*^{2} 2, 265 et *Antisymbolik* 2, 340 diserte exposuit apud Homerum Sirenes esse virgines, quae sententia apud plerosque pervaluit, quamquam non desunt, qui ex adverso stent velut Schrader l. l. p. 30. Atque profecto mirum est, quod auctor carminis, quod est de reditu Ulixis, Scyllae ac Polyphemi describit staturam et speciem, Sirenum formam non describit. Sequitur inde, ut aut hanc omnino non clare animo sibi finxerit aut monstruosi nihil ei inesse putaverit; vix autem quisquam, cum integro iudicio versus μ 39—46. 166—200 perlegerit, humanam Sirenum speciem non cogitatione concipiet. Sed cum et in operibus artis Graecae et Romanae et apud scriptores omnes mixtam reperiamus Sirenum formam ex virgine et ave, perquirendum erit, unde haec originem ducat. Atque ut ab eis documentis ordiamur, quae certum iudicium admittunt, duo vasa, de quibus modo egimus, iam initio saeculi quinti Sirenum nomine appellatas esse testantur aves illas virgineum caput gerentes, quarum innumerabilia fere exempla praebent vasa picta et sigilla argillacea aevi antecedentis. Eodem fere tempore hanc monstrorum formam immutatam esse docent vascula Attica figuris nigris inducta, velut Stackelberg *Gräber der Hellenen* t. 16, 4. *Arch. Anz.* 1850, 226. Collignon *Cat.* n. 344, cum bracchia eis adderentur, quibus tibias aut lyram tenent. Mox etiam pectus humanum fingi coeptum est, corpus avis magis magisque minuitur, alae umeris aptantur aut plane omittuntur, evadit species, qualem describit Anaxilas poeta comicus apud Ath. 13 p. 558 C:

βλέμμα καὶ φωνὴ γυναικός, τὰ σκέλη δὲ κοψίχου.

Omnino cum artis operibus scriptorum aequalium testimonia conveniunt. Neque enim recte Homericae de Sirenibus opinionis, i. e. humanae speciei, vestigia deprendere sibi visus est Plew *Jahrb. f. Phil.* 99, 174 in fragmento Euripideo 903, cum vix ex eo sensum, quem inesse putat vir sagacissimus, elici necesse sit. Cum enim Sphingem, quae multis de rationibus comparanda est cum Sirenibus[60]), Sophocles OR 508. 1198 *πτερόεσσαν κόραν* et *γαμψώνυχα παρθένον*, Euripides ipse Phoen. 47. 1042 *σοφὴν*

[60]) Cf. Benndorf *Griech. und sicil. Vasenb.* p. 38 et infra p. 30.

παρθένον et *πτεροῦσσαν παρθένον* appellant, notum omnibus monstrum apte sic describi putamus; cur alias Sirenes atque quales ab artificibus tum vulgo repraesentabantur sibi finxisse Euripidem credamus, cum Hel. 167 Helenam faceret loquentem:

πτεροφόροι νεάνιδες,
παρθένοι χθονὸς κόραι,
σειρῆνες, εἴθ' ἐμοῖς γόοις
μόλοιτ' ἔχουσαι τὸν Λίβυν
λωτὸν ἢ σύριγγας

vel fr. 903 sic poetaretur:

χρύσεαι δή μοι πτέρυγες περὶ νώτῳ
καὶ τὰ Σειρήνων πτερόεντα πέδιλ' ἁρμόζεται.

Hactenus omnia perspicua ac plana. Ad priorem autem aetatem escendentibus nobis certa poetarum testimonia desunt; nam locis a Schradero l. l. p. 36 sq. congestis, quibus subiungo Alcmanis fragmentum a Blassio e papyro Aegyptio editum *Rhein. Mus.* 25, 177 cf. *Herm.* 13, 15. 14, 466, de cantu Sirenum sermo est, de forma nihil traditur. Itaque quando Graecis Sirenes, quas olim feminas cantantes, non volantes habebant, primum velut monstra avium similia obversari coeperint, accuratius definiri nequit, quamquam aliquanto ante a. 500 id factum esse verisimile est. Durasse tamen Homericam opinionem vel restitutam esse, urnae Etruscae, quas infra enumerabo, testari videntur; quae cum Ulixem tres virgines tibiis ac lyra canentes exhibeant, Langbehn *Flügelgestalten der ältesten griech. Kunst* 1881 p. 58 etiam a Graecis Alexandrina aetate hoc modo effictas esse Sirenes conclusit, ac revera ne Etruscis solis illam inventionem attribuamus, prohibere videtur anaglyphum Romanum ex basalta confectum *Mon.* IV 29; mirum tamen est quod Graecum eiusmodi exemplar nullum aetatem tulit[61]).

Etiam de numero Sirenum vasa nostra discrepant ab Homero, qui duas fuisse perhibet[62]). Cum enim Nicosthenes et fabricatores anaglyphi figlini Capuani ⟨e⟩ et operis tesselati infra p. 35, 𝔄 laudati satis haberent unam effinxisse, hi spatii angustiis coacti, ille quia omnino non in animo erat accurate fabulam reddere, in reliquis

[61]) Feminas in nummo a Sabatier *Médaillons contorniates* 1860 p. 85 t. 13, 10 edito effictas potius Musas putaverim quam Sirenes.

[62]) Hoc argumentis prorsus futtilibus refellere conatus est Adam *Die älteste Odyssee* 1877 p. 88.

artis monumentis omnibus[63]) tres Sirenes repraesentatae sunt cantus dulcedine Ulixem allicientes eundemque numerum ex artis operibus posthac etiam in mythographorum libros transiisse, e Servio in Verg. Aen. 5, 863 claret, quem sequuntur Isid. Orig. 11, 3, 30. Mythogr. Vat. I 42, II 101, III 11, 9. Hyg. fab. p. 12, 11 Schmidt. Eustath. in Dionys. Perieg. 358 et in Od. μ p. 1709,45. Tzetz. in Lyc. 712. Auson. Edyll. 11, 20; duas tantum in anaglypho Romano Matz *Antike Bildwerke in Rom* n. 3366 inveni, quod num iure huc referatur dubitari potest[64]).

Denique amphora illa Volcientis memorabilis est, quod fabulam, quae a scriptore aetate inferiore est tradita, iam tum pervulgatam fuisse docet. Pridem enim viri docti intellexerunt, Sirenem quae ante navem de rupe delabens in hoc vasculo atque in pictura Pompeiana, de qua infra p. 32 dicemus, repraesentatur, optime ex Lycophrone explicari, qui v. 712 sq. narrat Sirenes, cum Ulixes incolumis ab eis discessisset, in mare se proicientes interiisse[64a]). Pari modo Sphingem, cum Oedipus aenigma eius solvisset, mortem obiisse Sophocles OR 397 et Euripides Phoen. 1507 c. schol. videntur designare, expressis verbis testantur Aristophanes Byzantius in arg. Eur. Phoen. et Apollodorus bibl. 3, 5, 8[65]).

Reliqua monumenta, quae Ulixem ad Sirenum insulam appropinquantem exhibent, breviter enarrabo[66]).

Urnae Etruscae. Dexterum latus tenet navis Ulixis, sinistrum tres Sirenes virgines longa veste indutae et syringe, lyra, tibiis canentes[67]).

A. musei Volaterrani. Brunn *I rilievi delle urne etr.* I t. 90—91, 1 p. 122 cf. Schlie *Darstellungen des tro. Sagenkreises* p. 189 n. 1.

B. ib. n. 281 Brunn l. l. t. 90—91, 2 p. 122.

C. Ov. 78. ib. Inghirami GO III 97 et *Storia della Toscana* 1843 t. 44, 1. Ov. HG t. 32, 14. cf. Brunn p. 122, 2a.

D. ib. n. 415 Brunn p. 122, 2b.

E. Ov. 74. ib. n. 278 Gori Mus. Etr. I t. 147, 1 cf. Brunn p. 122, 2c.

E. ib. n. 282. Brunn p. 122, 2d.

G. ib. n. 283. Brunn t. 92, 3 p. 122.

H. musei Mannheimensis. Graeff *Das Antiquarium in Mannheim* 2 p. 8 Brunn p. 122, 3a.

I. Ov. 76. musei Florentini n. 77. Tischbein *Homer* II 6. Wieseler DAK II 757. Brunn l. l. t. 92, 4 p. 122. cf. Gori Mus. Etr. 2 p. 279 '*in Mediceo Cimeliarchio*'. Uhden *Abh. d. Berl. Ak.* 1816—17 p. 37, a.

K. musei Florentini n. 78. Brunn t. 93, 5 p. 122.

L. Ov. 73. musei Britannici, olim Florentiae '*in museo Marchionum Niccoliniorum*' asservatam. Gori Mus. Etr. I in tit. (cf. II p. 279), *Museo Guarnacci* in tit., Inscr. Etr. I p. VII. Brunn l. l. p. 122, 5a.

M. musei Volaterrani. Brunn p. 122, 5b.

N. ib. n. 279. Brunn t. 93, 6 p. 122.

O. Ov. 75. Florentiae '*apud nobiles Bonarrotios*'. Dempster De Etruria regali 2 add. p. 34. Gori Mus. Etr. I t. 147, 2. Brunn p. 123, 6a. Duetschke *Ant. Bildw. in Oberitalien* 2 n. 418.

P. Brunn p. 123, 6b. Dubois *Descr. des antiques de Pourtalès* 1841 n. 10. *Cat. Pourtalès* 1865 n. 12.

Q. Ov. 77. musei Volaterrani n. 280. Rochette MI 376 t. 61, 1. Inghirami GO III 101. Brunn t. 94, 7 p. 123.

R. ib. Brunn t. 94, 8 p. 123.

S. Florentiae in villa Casamoratae. Duetschke *Ant. Bildw. in Oberitalien* 2 n. 468.

---

[63]) Scalptor gemmae b = Cades *Impr. gemm.* 31, F n. 23, ut vacuum spatium, quod in altera parte exstat, expleretur, quartam addidit Sirenem; quamquam Stephani hanc putat ululam esse.

[64]) Geminas Sirenes auctor Argonauticorum Orphicorum v. 1293 ex Odyssea sumpsit, ut speciem antiquitatis simularet.

[64a]) Cf. Servium in Aen. 5, 863 eiusque compilatores modo laudatos. Lact. arg. met. 5, 9. Hyg. fab. 125. 141. Orph. Argon. 1295.

[65]) De gemma Tassie-Raspe n. 8608, quae ad hanc fabulam pertinet, cf. Brunn *Gesch. d. griech. Künstler* 2, 580.

[66]) Cum his quodammodo cohaerent vasa picta nonnulla, quae Sirenes in scopulo prope mare stantes exhibent, Ulixem omittunt. Exempli gratia nomino duas oenochoas fig. nigris inductas, alteram musei Britannici *Arch. Anz.* 1850, 226 '*Flötende Sirene auf Felsensitz, darunter Delphine*', alteram nuper Egnatiae effossam *Bull.* 1881, 185, et amphoram Surrentinam fig. rubris ornatam musei Berolinensis n. 2149, quam edidit Panofka *Antiques du cab. Pourtalès* t. 23. p. 74.

[67]) Perperam huc relatam puto urnam musei Perusini, quam publici iuris fecerunt † Vermiglioli *Iscrizioni perugine* 1, 125 t. 6, 1 et Conestabile *Mon. di Perugia* 4, 336 t. 70, 1 cf. *Bull.* 1865, 261.

Pictura Pompeiana nondum edita musei Britannici Helbig n. 1330 cf. p. 464. Locis ab Helbigio citatis addi possunt Stackelberg *Gräber d. Hell.* 2 p. 13, qui imaginem Herculanei detectam esse nimirum memoria deceptus asserit, Treu De ossium humanorum larvarumque imag. 1874 p. 2, Trendelenburg *Arch. Z.* 1876, 6[9] d.

Deperiisse videtur altera pictura ab Helbigio omissa, quam memorat Clarac *Musée de sculpt.* 5 p. 73[1]: '*Dans une peinture très-mauvaise et très-dégradée de la collection de Naples on voit les Sirènes se précipiter dans la mer après leur inutile tentative contre Ulysse*'.

Paterae umbilicatae argillaceae, quarum in interiore parte quater navis Ulixis expressa est.

a. Ov. 68. Volcientis, nunc musei Berolinensis n. 1646. Kellermann *Intelligenzblatt zur Hall. Allg. Litt. Z.* 1833 p. 322. *Cat. Durand* n. 1380. *Arch. Z.* 1846, 309.

b. Tarquiniis eruta, edidit Kluegmann *Ann.* 1875, 290 t. N 1.

c. ib. reperta, nunc musei Petropolitani. *Bull.* 1867, 129. Stephani CR 1866, 44 n. 93. 1874, 92.

d. fragmentum *Ann.* 1875, 294 t. N 2. *Bull.* 1874, 146. Inscr. L· CANOLEIVS· L· F· FECIT.

⟨*e*⟩ Forma vasculi anaglyphis ornati Capuae effossa. Riccio *Notizia degli scavamenti del suolo dell' antica Capua* 1855 t. 6 p. 15.

⟨*f*⟩ '*Piatto aretino*' *Cat. Campana* XIII n. 12.

Lucernae fictiles, quae partim (α—δ) Sirenes supra Ulixem in malo alligatum in rupe stantes exhibent, partim (ε—κ) omittunt.

α. Ov. 70. bibliothecae publicae Parisinae. Rochette MI p. 392 cf. 382[9]. Inghirami GO III 94. Ov. t. 32, 13.

β. † *Cab. de Thoms* t. 11, cit. Stephani CR 1866, 44 n. 90.

γ. Pergami eruta, musei Berolinensis n. 6527, ed. Heydemann *Ann.* 1876, 354 t. R 3 cf. Wieseler *Gött. gel. Nachr.* 1874, 8. Inscr. ΟΚΤΑΒΙΟΥ.

δ. Lenormant *Coll. Raifé* 1867 n. 1242. Inscr. BECIASC.

ε. Ov. 71. olim in museo Fabretti, edita Bellori Lucernae 3, 11. Fabretti Columna Traiana, Add. ad p. 379 D. Gronov Thes. antiqu. Graec. 2 ad t. 7. Beger Bellum et excidium Troianum 1699 n. 69, 3 = Ulysses Sirenes praetervectus 1703 p. 4. Tischbein *Homer* VIII 2. Inghirami GO III 100.

ξ. *Cat. Campana* IV 10, 76.

η. Froehner *Coll AB*[arre] n. 208.

ι. Ansa lucernae, quae apud Baronium Neapolitanum exstabat. Avellino *Bull. arch. Nap.* 4 (1846) t. 3, 5. 5 p. 39. 45.

κ. Ansas lucernarum nonnullas in Cypro prope Salaminem effossas commemorat Ohnefalsch-Richter *Mitth. d. ath. Inst.* 6, 208.

Anaglypha fictilia.

Semper binae tabulae videntur inter se coniunctae fuisse, quarum altera (A—E) navem Ulixis, altera (F—H) Sirenum scopulum praebet, sicut etiam aliam Odysseae fabulam pari talium prostyporum fictilium expressam esse notum est: Ulixem ab Euryclea lavatum ac Penelopen maerentem.

A. Campana *Opere antiche in plastica* t. 69.

B. musei Louvre. *Cat. Campana* IV 4 n. 235. Demmin *Histoire de la céramique* 1875 II t. 153.

C. Goettling *Das arch. Museum der Univ. Jena* 1854 n. 261.

D. Lenormant *Coll. Raifé* 1867 n. 1219[68]).

E. Florentiae in museo Etrusco servatum. Wieseler *Gött. gel. Nachr.* 1874, 574. Heydemann *Mitth. aus den Antikensammlungen* 1879 p. 97 n. 59.

---

[68]) Anaglypha DE turpiter deformata sunt, cum pro abrupta parte recenti manu Siren in piscem desinens addita sit, quam formam non ante septimum post Chr. n. saeculum fictam esse constat (cf. epimetrum III). Eidem manui inscriptio L · SER, quae in E legitur, debetur. Non partim, sed tota a fraudatoribus confecta videntur tria monumenta, in quibus eadem figura deae marinae apparet: anaglyphum musei Lousaniani laudatum a Wieselero *Gött. gel. Nachr.* 1877, 613 et duae lucernae ex eadem fabrica profectae, quarum alteram descripsit Dubois *Descr. Pourtalès* n. 857 = *Cat. Pourtalès* 1865 n. 883, alteram edidit Michaelis *Arch. Z.* 1864, 121 t. 181, 1 cf. 1865, 32. 1874, 15. Stephani CR 1866, 57 n. 53. 1875, 211. Schrader *Die Sirenen* p. 73. Heydemann *Ann.* 1875, 356. Lucernis illis fabricator inscriptione C· IVN· BIT fidem addere voluit nomen mutuatus veteris cuiusdam figuli', e cuius manu prodierunt lucernae Passeri Luc. fictiles 2, 76. Kenner *Archiv für Kunde österr. Geschichtsquellen* 20 (1858) n. 165. Dubois *Descr. Pourtalès* n. 885 = *Cat. Pourtalès* 1865 n. 881. Brizio *Pitture e sepolcri scoverte sul Esquilino* 1876 p. 137. — Ceterum notatu dignum est, quod Robert v. cl. ex schedis Matzii benigne mecum communicavit, simillimam imaginem exsculptam esse in valvis aereis aedis Romanae S. Petro dicatae (ab Antonio Filarete c. a. 1440 confectis *Beschreibung Roms* II 1, 170), quam in delineatione Pistolesii *Il Vaticano descritto* I t. 10 ob parvitatem figurarum frondibus paene obvolutarum vix dignoscere poteris.

FG. *Cat. Campana* IV 4, 236. 287. Campana *Opere ant. in plastica* t. 70[69]).

H. Florentiae in aedibus Bonarrotiorum. Duetschke *Ant. Bildw.* 2 p. 205. Heydemann *Mittheilungen* p. 103.

Anaglypha marmorea, sarcophagorum potissimum (a—k).

a. olim in villa Albaniana asservatum. Winckelmann *Gesch. der Kunst* 8, 3, 11. Tischbein *Homer* VIII p. 13. † Marini *Iscriz. Albani* p. 186. CIG 6288. Schrader *Die Sirenen* p. 71, H. Morcelli-Fea-Visconti *Descr. de la Villa Albani* 1870 p. 86 n. 565. 566.

b. Fabretti Col. Traiana, Add. ad. p. 379 D '*Ex museo Nob. V. D. Commend. Caroli Ant. à Puteo. Exstat in hortis pontificiis Vaticani.*' Beger Bellum et excidium Troianum n. 69, 1 = Ulysses Sir. praeterv. p. 4. Gronov Thes. antiq. Gr. 2 t. 7. † Lippert *Daktyliothek* 2 p. 1. cf. Tischbein *Homer* VIII p. 13. Ad eundem sarcophagum a et b rettulerunt Iahn BSG 1856, 282 et Stephani CR 1866, 43 n. 74.

c. Delineatio codicis Pighiani fol. 269 (= Cod. Coburg. n. 169, 1 partim) edita a Begero Bell. et excid. Troian. n. 69, 2 = Ulysses p. 3 et Iahnio BSG 1856, 275 t. 3, 6 cf. ib. 1868, 218 n. 184. Matz *Monatsber. d. Berl. Akad.* 1871, 488 n. 172.

d. Romae in aedibus Sciarrae. Matz *Antike Bildwerke in Rom* n. 3272. Ediderunt Fabretti Col. Traiana p. 215. Gronov Thes. ant. Gr. 2 ad t. 7.

---

69) Iniuria Stephani CR 1866, 54 n. 89 hoc anaglyphum suspectum habuit, cum tibiam utricularem vel saccomusam (*Dudelsack*), quae in eo conspicitur, antiquis ignotam fuisse putaret. Immo iam primo p. Chr. saeculo eam Romae in deliciis fuisse non modo sigillum aereum ascaulae Roma oriundum, cui vix merito Engelmann *Zs. f. Gymnasialwesen* 1879 *Jahresber.* p. 6 antiquitatem abiudicavit, Middleton Germana quaedam antiquitatis eruditae monumenta 1745 p. 118 t. 9, 2 = Guhl et Koner *Leben der Griechen und Römer* 1862 1, 230, alterum item aereum Gaedechens *Die Antiken zu Arolsen* n. 425, tertium figlinum Lenormant *Coll. Raifé* n. 1188, anaglyphum marmoreum Romanum Matz *Antike Bildw.* n. 2349, sed etiam scriptores ipsi expressis verbis testantur: Suet. Nero 54. Dio Chrys. Or. 71 vol. 2 p. 382. Mart. 10, 3, 8. [Hieronymi] Epist. ad Dardanum apud Migne Patrol. Lat. 30 p. 215 B. Anthol. Lat. 742, 62 R. Cf. Bartholinus De tibiis veterum^2 1679 p. 408 sq. Plura qui cupiunt, adeant Ugolini Thesaurum antiquit. sacr. 32 (1767) p. XL et Kircherum ib. p. CCCLXX, ubi confunduntur diversa organa musica, Hebraica סוּמְפֹּנְיָה (Daniel 3, 5. 10, 15), Romana symphonia (Isid. Orig. 3, 21, 14 et loci a Forcellinio et Cangio congesti), Itala *zampogna.* Ambrosch *Gesch. der Musik* 1, 180. 545.

e. Romae in villa Pitocchiana. Matz *Ant. Bildw.* n. 3362.

f. Fragmentum Romae exstans in villa Saraffiniana. Matz *Ant. Bilder* n. 3364.

g. Duo fragmenta olim Romae in villa Altieri asservata. Matz *Ant. Bildw.* n. 3119 et 3366. Brunn *Ann.* 1859, 413 t. Q 4. Iahn BSG 1856, 283[33]. Schrader *Die Sirenen* p. 96.

h—k. Tres sarcophagi Romani in catacombis S. Calixti detecti: h. Benndorf et Schoene *Lateran. Mus.* n. 126 t. 18, 1. *Bull. Cristiano* I (1863) p. 35. De Rossi *Roma sotterranea* 1 t. 30, 5. Garrucci *Storia della arte Cristiana* 5, 137 t. 395, 1. cf. *Bull. d. Ist.* 1859, 416. V Schultze *Archäol. Studien über altchristl. Monumente* 1880 p. 13[1]. — i. Matz *Antike Bildwerke in Rom* n. 3363. Garrucci *Storia* 5, 137 t. 395, 2. — k. Matz *Antike Bildw.* n. 3365.

[?] l. Anaglyphum mutilum Romae asservatum in villa Wolkonskiana, Matz *Antike Bildw.* n. 4106.

m. Anaglyphum ex basalta confectum, a. 1769 in villa Tiburtina Hadriani effossum, nunc Londini exstans. Edidit Keil *Mon.* IV 29. *Ann.* 1842, 155. Cf. † Dallaway *Anecdotes of the arts in England* 1800 p. 369 n. 28. Welcker AD 5, 237. Schrader *Die Sirenen* p. 81. Michaelis *Arch. Z.* 1874, 38 n. 45.

n. Ara ex lapide arenaceo sculpta musei Caroliruhensis, edita Mone *Urgeschichte des badischen Landes* 1847 2, 189. Cf. Leichtlen *Forschungen im Gebiet der Geschichte Deutschlands* I 1, 87 sq. 1819. Froehner *Sammlung vaterländ. Altertümer zu Karlsruhe* I (1860) n. 33.

Opera tesselata.

𝔄. (Ov. 6. 69. 82) alterum prope Romam detectum in villa Munatiae Proculae, quae sub finem saeculi post Chr. secundi aedificata est. Edidere Biondi *I monumenti Amaranziani* p. 5 t. 1 et Pistolesi *Il Vaticano descr.* 4, 58 t. 1. Cf. Millin *Ann. encyclopédiques* 1817 vol. 3, 333. *Beschr. Roms* II 2, 89. Braun *Ruinen und Museen* p. 259. Schrader *Die Sirenen* p. 75.

𝔅. Alterum item prope Romam in vico Scrofano effossum. *Beschr. Roms* II 2, 224.

Gemmae.

α. Ov. 72. Sarda musei Berolinensis, edita Paciaudi Monumenta Peloponnesia 1761 I 139 fig. 1. † Lippert *Daktyliothek* 2, 173. Millin GM 167, 638. Tischbein *Homer* VIII 2, 1. Inghirami GO III 95. Overb. t. 32, 9. Wieseler DAK^2 II 756. Cades

Impronte gemmarie 31, F n. 22 alias. Cf. Winckelmann *Descr. Stosch* III 357. Tassie-Raspe n. 9550. Toelken IV 381[70]).

b—d. Tres gemmae apud Cades *Impr. gemm.* 31, F n. 23. 24. 25, cf. Stephani CR 1866, 48 n. 128—130.

⟨e.⟩ Monile vitreum in bibliotheca publica Parisina asservatum. Chabouillet *Cat. général* n. 3450.

V. ULIXES AD PHAEACUM INSULAM APPULSUS.

Una restat ex eis Odysseae fabulis, quas ante Polygnoti et Phidiae aetatem ab artificibus tractatas esse scimus, sumpta ex Phaeacide[71]). Atque vix quidem in censum venire imaginem Nausicaae iunctis mulis vectae, quae Pausaniae (5, 19, 9) temporibus in arca Cypseli effica esse putabatur, iam p. 18 dixi nec multo videtur probabilius, quod idem Pausanias 3, 18, 11 inter prostypa, quibus solium Amyclaeum Bathycles ornaverat, choro saltantium et viro lyra canenti nomina Phaeacum atque Demodoci tribuit. Sed servatum est nobis opus artis antiquioris, cuius significatus dubius non est,

A. Vas (f. 53) musei Parisini Louvre fig. nigris ornatum, quod Corinthi confectum esse et pictura et litteratura testantur. *Cat. Campana* I 2, 6. *Arch. Anz.* 1859, 99*. Delineationem Conzii benevolentiae debeo. In altero latere alvi repraesentatur ante aram Ulixes, nomine adscripto [ODVM]BVM insignis, genu flexo

---

[70]) Hac in gemma socii Ulixis pectore et vultu ad proram, non ad puppim, ut rei natura postulat, conversi et remis incumbentes sunt effcti. Cuius rei certa exempla inter monumenta antiqua non inveni; nam delineationes gemmarum et nummorum similium, quas inspexi, aut fide carent velut Wiczay Mus. Hedervar. I 189 n. 4485 t. 19, 432, Riccio *Le monete delle antiche famiglie di Roma* 1843 p. 159, 3 t. 35 aut dubitationem admittunt, an milites in constratis collocati, non remiges sint repraesentati, velut Graser *Die Gemmen des k. Museums mit Darst. antiker Schiffe* 1867 p. 15 t. 1, 56 aut Cades *Impr. gemmarie* 31, F n. 20. Mira igitur quadam neglegentia usus esse videtur scalptor sardae musei Berolinensis, in qua ceteroquin Treu v. cl., quem de hac re adii, nihil inesse suspicionis putat.

[71]) De qua cum mox alio loco disputaturus sim, brevi esse mihi hic liceat.

ad feminam accedens, cui elata manu videtur supplicare. Illa vultu in eum reverso dextrorsum abit, sex feminas statura et habitu sibi similes secuta.

Saeculo quinto Ulixem Alcinoi filiam precibus adeuntem pinxit Polygnotus, quem citat Pausanias in descriptione pinacothecae Atheniensis (1, 22, 6). Tempore proxima sunt duo vasa fig. rubris inducta

B. Ov. 7. amphora (f. 42) Volcientis, nunc Monacensis n. 420, quam ediderunt Gerhard AVB 218. Overb. HG t. 31, 3. (partim) Panofka *Bilder antiken Lebens* t. 18, 5. Cf. Braun *Bull.* 1838, 12. Welcker *Griech. Tragödien* 3, 1533. et

C. Ov. 5. cantharus (f. 48 catalogi Heydemanniani) musei Britannici, editus Panofka *Musée Blacas* p. 38 t. 12, 1. Inghirami GO III 24. Overb. HG t. 31, 1. Ritschl *Ino Leukothea* 1865 p. 19 t. 2, 3. cf. CIG 7698, quem recte interpretatos esse puto Braunium *Bull.* 1838, 12[1], Gerhardum AVB 3 p. 132[4], Heydemannum *Ann.* 1876, 350[1].

Contra dubitationi obnoxia est interpretatio vasculi alicuius Volcientis, de quo nihil constat nisi quod *Bull.* 1834, 177 legitur: '*Nausicaa che và con le sue donne al fiume a lavare le vesti.*' Item ex numero monumentorum ab Overbeckio allatorum secludenda censeo Ov. 8 vasculum pulcherrimum musei Britannici, quod astragali formam habet, Aeginae repertum et apud Stackelberg *Gräber der Hellenen* t. 23 editum[72]) et Ov. 9 hydriam (f. 34) Nolanam musei Parisini Louvre, quam Millingen *Mon.* I 6, Inghirami GO III 6, Overbeck HG t. 31, 2 publici iuris fecerunt[73]).

---

[72]) Cf. Stackelberg *Bull.* 1829, 77. Gerhard ib. 1829, 125. Iahn *Arch. Z.* 1845, 95. ib. 1846, 309. Welcker AD 5, 227. Vaux *Transactions of the Royal Society, Second Ser.* 8, 592 n. 1 (1866). Heydemann *Griech. Vasenbilder* p. 7.

[73]) Cf. Millingen *Ann.* 1829, 274. Laglandière et Panofka ib. 1829, 276. Schwenck *Rhein. Mus. NF* 2, 292 (1843). Iahn *Arch. Z.* 1845, 96. Panofka *Parodien und Karikaturen* 1851 p. 9. Welcker AD 5, 226. Heydemann *Arch. Z.* 1870, 82. *Cat. Révil* 1845 n. 502. I de Witte *Cat. Paravey* 1879 n. 62.

EPIMETRUM I.

METAMORPHOSES QUOMODO EFFINXERINT ARTIFICES ANTIQUI.

Monumenta, quibus metamorphoses tot poetarum et mythographorum fabulis celebratas repraesentarunt artifices antiqui, in unum colligere atque inter se comparare fortasse in rem esse existimabam, cum a viris doctis saepius in ea re erratum esse intellegerem. Neque tamen in animo est ingentem antiquorum monumentorum et auctorum thesaurum et quicquid in interpretandis illis recentiores praestiterint exhaurire, sed exclusis eis quae ingeniosius quam verius huc relata sunt[74]) certas quasi rationes explorare, quibus antiqui in exprimendis his fabulis usi sint. Atque omnino tres puto distinguendas esse classes. Aut enim bestia ipsa, cuius formam homo vel deus mutatus induit, effingitur non addita aliqua humanae formae notione nec vestigio aut homo et bestia una apparent ita ut suam quisque teneat formam aut misceretur humana species cum beluina.

Primae igitur classi adnumeranda est Ius ab Argo custoditae imago, quae sub specie bovis non modo in solio Amyclaeo, si fides est Pausaniae 3, 8, 23, efficta erat, sed etiam in vasis pictis (Overbeck *Griech. Kunstmythologie* 2, 474 sq. n. 10. 14. 15. 17), gemmis, nummis (ib. 2, 483. 488) invenitur[75]). Taurum, cuius formam Iupiter induit, cum Europam ex Creta aveheret, exhibent duo vasa saeculo quinto fabricata (ib. 2, 423 n. 1. 428 n. 10); multis statuis, anaglyphis, picturis parietariis (ib. 2, 489 sq.) celebratur cycnus, in quem conversus ad Ledam

[74]) Sic praetermittendum arbitror locum celeberrimum Ovidii met. 6, 87—126, cum poetam in describendis picturis textilibus Minervae et Arachnes non id quaesiisse in oculos incurrat, num fabulae illae iam ab artificibus expressae essent aut possent exprimi, sed cordi ei fuisse, ut largam seriem metamorphoseon enumeraret.

[75]) Simile opus caelatum a Vergilio Aen. 7, 789 sq. descriptum est.

advolat; aquila designatur Iupiter amore Aeginae (ib. 2, 399), Phthiae (ib. 2, 415. Wieseler DAK^3 II 47 b), Europae (Overbeck KM 2, 446), Ganymedis (ib. 2, 526) incensus; serpente, quae ante mulierem sedentem in obolis argenteis Selinuntiorum (ib. 3, 668 tab. 9, 27 ^{ab}. Wieseler DAK^3 II 97) conspicitur, eundem deum ad Proserpinam appropinquantem repraesentari intellexerunt viri docti[76]). Haec ratio ut simplicissima certe est, ita non semper ad exprimendas metamorphoses apte adhiberi potest. Cum enim deus vel homo mutatus nequaquam a bestia differat nisi interdum magnitudine, natura eius ipsa actione et motu declaretur necesse est. Itaque olorem Ledae se applicantem si contemplaberis, ubique fere deum mutatum dispicies atque summo iure Otto Iahn in luculenta de raptu Ganymedis dissertatione (*Arch. Beitr.* p. 20 sq.) duas monumentorum classes statuit, cum artifices tum ministrum Iovis alitem tum Iovem ipsum sub aquilae specie repraesentasse intellegeret. Sic etiam in effingendo Europae raptu pictores duplicem secutos esse fabulam constat, alteram, qua Iupiter ipse Europam ex Creta avexisse ferebatur, alteram minus tritam, qua tauro vero id munus imposuisse tradebatur (Iahn *Europa, Denkschr. d. Wien. Akad.* 19 1870 p. 49). Contra vasa picta supra p. 20 laudata, quae Welcker ad socios Ulixis a Circe pabulum accipientes rettulit, nullo modo differunt ab eis imaginibus, quas voce *Genrebilder* complectimur; Circen si pictor voluisset exhibere, aliter rem instruere debuit et sane instruxisset. Aliud est quod apud Paus. 10, 31, 6 invenimus, Polygnotum in imagine Delphica pinxisse Memnonis tunicam Memnonidibus avibus ornatam, in quas Memnonis milites post mortem ducis ferebantur conversi esse. Neque enim hae figurae primas partes agebant, sed additae erant a pictore, ut lepida quadam ratione spectantes factorum Memnonis commonefaceret; quamquam legenti mihi Pausaniae verba dubium inhaeret, an interpretum argutias proferat a Polygnoti mente alienas[77]). Fidentiore animo huc refero anaglyphum marmoreum musei Lateranensis n. 368, quod mulierem iuxta sepulcrum maerentem praebet, supra autem duas aves volantes; has Meleagri sorores esse, quas fratre

[76]) Iniuria imagines quaedam, quae feminam in ariete equitantem continent, ad Neptunum et Theophano relatae sunt. Cf. Overbeck KM 3, 344.

[77]) Perperam utique in amphora picta Overb. HG p. 535 n. 77 avem Memnonidem agnoscere sibi visi sunt viri docti. Cf. Luckenbach *Jahrb. f. Philol. Suppl.* 11, 621.

mortuo in aves mutatas esse iam Sophocles narraverat, ingeniosa est Renardi Kekulé coniectura[78]. Memorabile denique est vasculum argenteum Charvetii Parisini a. 1861 prope Valenciam effossum, cui inscriptae sunt litterae hae: F]ATE·PAVLINA DVS[79]. Interior pars quattuor Iovis amores continet: primum Ganymedem ab aquila raptum, deinde olorem ad Ledam confugientem; sequitur Iupiter feminam incerti nominis (Semelen?) amplexus et quarto loco idem deus a Diana formam mutuatus Callisto fallens. Designat deum sub specie virginis latentem et habitus Callistus et Amor iuxta stans et, quod summum est, reliquarum figurarum comparatio[80]. Unum habemus monumentum antiquum, quo simile aliquid ausus sit artifex, opus musivum ante hos tredecim annos Panormi effossum, editum ab Overbeckio BSG 1873, 105 t. 2[81]. Exhibet enim praeter varias deorum ac dearum imagines seriem trium picturarum argumento inter se consimilium: Ledam cum olore ludentem, Danaën aureum imbrem gremio accipientem, feminam bacchantium more thyrsum et tympanum gerentem, quam satyrus ithyphallicus studet retinere. Extremo loco repraesentari Antiopen ab Iove satyri personam induto tentatam vidit Heydemann *Arch. Z.* 1869, 39 n. 6, assentitus est Overbeck; quamquam enim nemo, qui has figuras solas intuebitur, aliud cognoscet nisi satyrum et baccham, quales sescenties in picturis et anaglyphis antiquis occurrunt, nisi a via rectae interpretationis est

---

78) Surber *Die Meleagersage*, Zürich 1880 p. 121. Confirmari hanc interpretationem monet Robert anaglypho sarcophagi Romani, quem olim delineandum curavit Pighius (Cod. Pigh. 219 = Cod. Coburg. 188, 2. Iahn BSG 1868, 226 n. 219. Matz *Monatsber. d. Berl. Akad.* 1871, 495 n. 225), edidit Beger Meleagrides et Aetolia 1696 p. 23. Efficta enim sunt in eo Meleagri facta atque inter ea mulier maerens, bustum, volucris ad illud advolans.

79) Ediderunt de Witte *Mém. des antiquaires de France* ser. 3 vol. 10 (1868) p. 181 et Froehner *Musées de France* t. 5 p. 21. cf. Helbig *Bull.* 1865, 120.

80) Non inutile videtur hoc loco mentionem facere monumenti recentioris, quo eadem fabula exhibeatur sola, non cum similibus coniuncta eisque illustrata. Petrus Paulus Rubens eximia quae Cassellis exstat imagine Iovem quidem Dianae speciem mentitum virili quodam colore artificiose notavit, sed etiam aquilam fulmen gerentem addidit, quippe qui sine tali quasi insigni dei virginem amplexi vix quid voluisset intellectum iri persentisceret.

81) Indicavit mihi Robert.

aberraturus[82], tamen cum ex tota huius operis indole clarum sit, artificem symmetriae observantissimum effingere voluisse tres feminas ab Iove amatas, comparatis reliquis imaginibus quivis concedet, sub specie satyri latere deum maiorem.

Difficultates illas, quae in effingendis metamorphosibus oboriebantur, ut evitarent, dudum aliam viam ingressi erant veteres, quae ab imitatione naturae ipsius deflectebat. Pingebant enim hominem in beluam aut arborem transformatum ita ut humanam figuram retinerent, et praeterea addebant bestiam illam aut arborem quasi notam ac symbolum metamorphosis. Sic iam inde a saeculo sexto Thetis[83] cum Peleo luctans exhibetur circumdata leone, panthera, cane, dracone marino, serpente, ave, igni Peleo morsu minantibus[84]; saepe autem bestiae artius cum nympha coniunctae sunt ita ut ex corpore eius enasci videantur

---

82) Velut ei, quos refellit Iahn *Arch. Z.* 1853, 81[47].

83) Vasa picta Overbeck HG p. 175 sq. Luckenbach *Jahrb. f. Phil. Suppl.* 11, 578. Addo exempli gratia duas lecythos Atticas musei Berolinensis n. 2436 et 2673. *Arch. Z.* 1870, 14 n. 16. *Cat. Campana* I 4, 326. 563, cylicem Duridis manu ornatam *Cat. Camp.* I 4, 702 = *archäol. Vorlegebl.* 7, 2; Overbeck l. l. n. 33 = Cat. vas. Monac. n. 369 = *Wiener arch. Vorl.* A 7. *Cat. Camp.* I 4, 710. Stephani CR 1869, 181 t. 4, 3. Anaglypha figlina Schoene *Griech. Reliefs* n. 133, Salzmann *Nécrop. de Camiros* t. 23, 2. Sigillum aereum Michaelis *Arch. Z* 1874, 59 n. 16. Speculum Etruscum Overb. l. l. n. 51. Monile aureum Overb. n. 52 = Chabouillet *Cat. général* n. 2545. Armilla aurea *Arch. Z.* 1857, 94 t. 107, 3. 4. — Incertum est utrum appositae sint bestiae an desiderentur in vasis pictis, quae citantur *Arch. Anz.* 1866, 273* n. 35. Stark *Nach dem griech. Orient* p. 405. *Revue archéol. NS* 17 (1868) p. 354. — Iniuria arborem quae iuxta Thetin apparet in vasculo musei Neapolitani *Racc. Cumana* n. 207 = *Bull. arch. Nap. NS* 5 t. 10 ad metamorphosin, quam memorat Ovidius met. 11,244, pertinere coniecerunt Fiorelli et Gerhard.

84) In gigantomachiis cum simillima ratione pantheram vel leonem ac serpentem pictores faciant Bacchum comitantes (Vasa fig. nigris depicta Gerhard AVB 63. *Bull.* 1847, 102, fig. rubris AVB 50—51, 3 = Klein *Euphronios* p. 58. AVB 64. Millingen *Ancient uned. mon.* I 25. Froehner *Musées de France* t. 6 p. 24 = De Witte *Cat. Paravey* 1879 n. 73), Robert *Bild und Lied* 1881 p. 22[20] metamorphoses Bacchi (Eur. Bacch. 1017. Hor. carm. 2, 19, 23) hic effingi suspicatus est. Qua cum re consentit, quod raro tantum vasa picta etiam bestias aliorum deorum sacras velut Iovis aquilam (*Cat. Pourtalès* 1865 n. 123) aut ululam Minervae (Gerhard AVB 6 = Wieseler DAK[3] II 229) pugnantium socias exhibent. Perperam autem ad deos mutatos relatos esse constat gryphem et cervum, quos in gemmis nonnullis Millin *Gal. myth.* 20, 52. 114. Wieseler DAK[2] II 846 repraesentantur Gigantes adorientes.

velut Overbeck HG t. 8, 5. Roulez *Vases de Leyde* t. 12, 1. Mus. Brit. n. 509. *Cat. Camp.* I 4, 326. Eodem modo interpretandum est caput bovis, quod in imagine oenochoae Volcientis[85]) prope Io ab Argo custoditam apparet, et bos quae ad pedes eius cubans conspicitur in duabus picturis parietariis[86]). Dubium est utrum Euripides, cum Iph. Aul. 256 Boeotiarum navium insigne fuisse simulacrum Cadmi aureum draconem tenentis commemorat, draconem Thebanum a Cadmo occisum an metamorphosin Cadmi voluerit designare[87]). Clarissimum autem praebent exemplum sarcophagi nonnulli mortem Phaethontis exhibentes. In his enim Cycnus senex, qui post mortem pueri amati in olorem mutatus est, conspicitur olorem manibus tenens[88]) iuxtaque Heliades Phaethontis sorores, quae aut ramos populeos manibus gerunt aut arbores appositas habent[89]). Similiter Cyparissus cupressi frondem aut manu aut circa caput gerens repraesentatur picturis Pompeianis (Helbig n. 218. 219. Sogliano n. 109) et statua Romae in villa Sciarrae asservata (Welcker AD 3, 531). Sic pone Daphnen ab Apolline correptam laurus apparet in tribus picturis parietariis (Helbig n. 206. 208. 209). Sic Narcissus suam ipsius imaginem fonte repercussam contemplans narcissi flore ex solo excrescente manifestius designatur in duabus sardis[90]). Etiam coronam et frondem, quam manu habet (Wieseler n. 6. Helbig n. 1357), ad metamorphosin spectare credibile est; quater eum narcissis coronatum effingi constat (Helbig n. 1351. 1354. 1355.

85) Overbeck KM 2, 483 n. 9.

86) Helbig n. 135. 137 = Overbeck KM 2, 474 n. 11. 13. *Atlas zur KM* t. 7, 15.

87) Fragmentum 922 N, quod a nonnullis ad Cadmi metamorphosin refertur, potius ad Erechtheum pertinere cognovit U de Wilamowitz *Aus Kydathen* p. 141[63]. — Gemmam quam describit Chabouillet *Cat. général* n. 1806, rectene interpretatus sit vir doctus, dubitare licebit. Procnen enim et Philomelen dicit ea repraesentari caput Ityis ad Tereum regem adferentes, supra autem in ramo arboris sedentes hirundinem, lusciniam, upupam, carduelem, quas in aves illi ferebantur transformati esse. — Ovidius cum met. 14,313 signum marmoreum Pici iuvenis a Circe in lapidem conversi memorat *'gerens in vertice picum'*, ludit in nomine Pici.

88) Wieseler *Phaethon* 1857 tab. n. 1. 4 p. 58[5]. 65. Millin *Gal. myth.* 27, 83. *Ann.* 1869, 130 t. F. Matz *Antike Bildw. in Rom* n. 3316.

89) Wieseler *Phaethon* tab. n. 1. 5. Millin l. l. Matz l. l.

90) *Impr. d. Inst.* I 73 = Wieseler *Narkissos* 1856 tab. n. 8 p. 20. Chabouillet *Cat. général* n. 1791 cf. Wieseler GGN 1869, 359[6]. Philostr. imag. 1, 23.

1361). Omnibus his monumentis lex artis violatur, quam nos inter summas numerare solemus, ut ea tantum quae simul fiant una debeant effingi; neque enim certum quoddam momentum expressum videmus, sed duas figuras, quarum altera ex altera et post alteram nascitur. Itaque contemplanti dubitatio oboritur, utrum metamorphosin iam peractam velut in Ius et Pici imaginibus an initium eius spectet. Sed multum aberat, ut artifices, qui saeculo quinto vasa argillacea picturis ornabant, illam quam dixi legem perspicerent et observandam sibi putarent, quae etiam posterioribus temporibus neglecta est, cum pictores Alexandrini, quod ex imaginibus Pompeianis patet, complura temporis momenta una in tabula effingerent. Sed haec cum ampliorem desiderent disputationem, hoc loco non persequar[91]). Melius rem gessere ei, qui Heliades, Narcissum, Cyparissum ramos manibus tenentes fecerunt, cum hoc additamento quasi fortuito progressum actionis significarent. Sic etiam Polygnotum in porticu Delphica Actaeoni pellem cervi[92]) et hinnuleum et Callistoni corium ursinum (Paus. 10, 30, 5. 31, 10) non ideo appinxisse existimo, quod eos in cervum et ursam conversos apud inferos commorari opinaretur, sed ut spectantes admoneret, qualem illi mortem obiissent: velut, si exemplum tritissimum licet comparare, inde a medio aevo apostoli Christiani et martyres apud superos triumphantes tormenta tenentes repraesentantur, quibus necati sunt.

Venimus ad tertiam classem, quae eo a prioribus duabus differt, quod corpus humanum artius coniungitur cum beluino. Quam rem fortasse quis inde explicaverit, quod artifices ad naturam ipsam accedere et actum conversionis ipsum exprimere coeperint, idque confirmari putaverit imaginibus Thetidis, quae supra p. 42 laudavi; tamen iam in lecytho illa Siciliensi p. 18, *A* nominata, quae socios Ulixis capitibus beluinis ornatos continet, non transforma-

91) De prolepsi cf. Stephani CR 1862, 112. 1877, 95[4]. Dilthey *Jahrb. d. Alt. im Rheinl.* 52 p. 53. 59.

92) Fortasse Stesichori (fr. 68 B.) meminerat, qui Dianam non in cervum mutavisse Actaeonem, sed pelle cervi amictum canibus dilaniandum obtulisse narraverat. Hanc fabulam sequuntur anaglyphum metopae templi Selinuntii novissimi insertum (Benndorf *Die Metopen von Selinunt* t. 9) et vasa picta *Cat. Campana* I 4, 781 = Daremberg et Saglio *Dict. des antiq.* 1, 53. Lenormant et De Witte *Él. céram.* II 99. Pellis, qua amictum Actaeonem exhibent statua Londinensis et picturae parietariae, non est cervaria.

tionem ipsam, sed posterius aliquod momentum effictum esse commemoravimus. Cornua, non caput bubulum gerens exhibetur Io ab Argo custodita in vasis saeculo quarto confectis et picturis parietariis (Overbeck KM 2, 465 n. 1. 2. 7. 9. 18. 19. n. 3—6, 11—13. 20. 22. 23. p. 486); sed eundem habitum et speciem iam ante a. 450 Atheniensium oculis non insolitum fuisse, inde colligere licet quod Aeschylus in Promethei vincti fabula, quae inter extremas eius tragoedias habetur, cum Io in bovem conversam in scaenam introduceret, v. 588 et 675 *παρθένον βουκέρων* et *κέρασιν* eam appellavit. Quodsi eandem rem monumentis eius aetatis omnibus (p. 38 et 42[85]) alia ratione effictam esse constat, veri haud dissimile videtur actores primos metamorphosin Ius expressisse persona, quae non integrum bovis caput imitaretur, sed ab humana facie non differret nisi additis cornibus et auribus bubulis, pictores autem scaenicorum inventum in suam artem transtulisse. Cuius rei etiam aliud documentum afferre possum, Actaeonem. Is enim cum saeculo sexto et quinto duabus rationibus repraesentetur, aut cervi pelle indutus ut Stesichorus tradiderat (cf. p. 43[92]) aut nudus contra canes dilaniantes se defendens, cuius typi vetustissima exempla sunt duo vasa figuris nigris ornata[93]), inde a saeculo quarto capiti Actaeonis cornua cervaria in monumentis servatis apparent adiecta[94]). Quae formatio nescio an paulo

---

93) Heydemann *Griech. Vb.* t. 8, 3 = Collignon n. 332. Lenormant et de Witte *Él. céram.* II 103^{c}. Figuris rubris inducta sunt *Él. céram.* II 102 et 103^{b}. Specula Etrusca Gerhard *Etr. Sp.* 4, 357, 1. 2. Picturae Pompeianae Helbig n. 251 et 252. Sogliano n. 115. 116. Anaglypha *Mon.* IX 60, 5 cf. *Ann.* 1873, 246. Campana *Opere ant. in plastica* t. 58 = *Cat. Camp.* IV 4 n. 311 et *seguito della serie quinta* n. 309. *Revue arch.* 5, 475. *Arch. Z.* 1848, 300. Schoene *Griech. Reliefs* n. 127 et p. 60 n. 3^{a}. †Newton *Guide to the second vase room* II p. 69 n. 58. Gemmae Wieseler DAK^{3} II 185^{ab} (ad 186^{a} cf. Furtwaengler *Der Satyr aus Pergamon* 1880 p. 10^{2}), ? Chabouillet *Cat. gén.* n. 1500.

94) Vasa figuris rubris depicta *Él. cér.* II 100. 101. 103. 103^{a} p. 351. *Bull.* 1869, 142. Picturae parietariae Helbig n. 249. 249^{b}. 252^{b}. Sogliano n. 117. Signum marmoreum Actaeonis *in cervum ferini* quod Apuleius met. 2, 4 describit. Statua Clarac *Musée* t. 579 n. 1253. Alterius statuae ib. n. 1252 caput originarium deperiit cf. Wieseler DAK^{3} II 186 et Furtwaengler l. l. p. 10. Tertium signum mutilum commemorat Froehner *Notice sur les sculpt. du Louvre* p. 131 n. 104. Idem schema translatum est iam saeculo fere tertio ad satyrum pedo se contra canem defendentem; cuius typi praeclarum exemplum nuper Pergami erutum edidit Furtwaengler l. l. t. 1; eundem expressum invenimus in lucernis *Antichità d'Ercolano*, *Lucerne* t. 33

prius inventa fuerit. Cum enim Actaeonis fabulam iam saeculo quinto plus semel Athenis in scaenam productam esse constet, non solum a Phrynicho et Iophonte vel Cleophonte, sed etiam a principe poetarum tragicorum Aeschylo, cuius Toxotides in funesto Actaeonis exitu versari perspexit Godofredus Hermann, hanc tragoediam in animo fuisse Polluci crediderim, cum in Onomastico 4, 141 inter *ἔσκευα πρόσωπα* personam Actaeonis *κερασφόρον* nominet, quamquam non ab omni parte certum est, haec verba non spectare ad ignotam aliquam tragoediam posteriorem[95]). Sed ut ad artis opera revertamur, mentione dignum est, quod Actaeon cornua gerens effingitur non modo eo momento, quo transformatio ipsa fit aut quo iam peracta est, sed etiam eodem habitu apparet in vasculo Apulo apud Lenormant et de Witte *Él. céram.* II p. 351 edito, quo momentum antecedens videtur repraesentari. In medio enim sedet Actaeon cornutus placido vultu canem manu permulcens, a d. Dianam arcu et pharetra insignem conspicis, a s. Apollinem laurum

---

et Bellori 2, 24 = Montfaucon *L'antiq.* 5 t. 174. Longius distat signum marmoreum Pompeianum, quod Braun *Ann.* 1855, 54 t. 11 publici iuris fecit. — Anaglypha Inghirami *Mon. Etr.* I 65. 70. *Mus. Gregor.* I 94, 2. Clarac 113—115 n. 65—69. †Alvino *Anfiteatro Campano ristaurato* t. 11, 2 p. 13. Gemmae Wieseler DAK^{3} II 183. Raspe-Tassie n. 2161. Lucernae *Bull. Napol.* 2 (1844) 137 n. 5. Barker *Cilicia* 1853 p. 189 n. 44. Froehner *Coll. AB*[*arre*] n. 205. 206. Comarmond *Antiquités de Lyon* 1857 p. 72 n. 399. t. 4.

95) Similis videtur fuisse persona Hippes (sic enim scribendum pro tradito *Εὐίππη*) in equam transformatae, quam Euripides in Melanippe philosophante induxit teste Polluce l. l., et Terei et Procnes, quos in Tereo fabula Sophoclis in aves mutatos in scaenam prodiisse tradit schol. Aristoph. av. 100. Sic etiam veteres poetae comici, cum chorum beluarum in scaenam mittebant velut Magnes in Ranis et Avibus (Aristoph. eq. 522 c. schol.), Crates in Bestiis, Pherecrates in Formicis, Eupolis in Capris, Aristophanes in Vespis et Avibus, Plato in Gryphibus, Archippus in Piscibus, Cantharus in Lusciniis naturam chori inprimis personis notaverunt, quae capita illarum bestiarum imitabantur. Documento sunt non modo nonnulli veterum loci velut Aristoph. av. 61. 94. 104. 280. 668c. schol., sed etiam vasa quaedam figuris nigris depicta, quae agmen choreutarum comicorum exhibent ad tibicinem canentem progredientium:

a. Oenochoë (f. 60) musei Britannici n. 659, edita a CSmith *Journal of hellenic studies* 2, 309 t. 14, B (1881). Duo iuvenes saltantes pilosis chitonibus vestiti; crista imposita est capiti, bracchiis magnae alae alligatae sunt.

b. Amphora (f. 40) musei Berolinensis n. 1717, ed. Gerhard *Trinkschalen und Gefässe* t. 30, 1—3. Duo viri palliis involuti et cristis gallinaceis ornati.

et syringem tenentem. Sic etiam in duobus vasis pictis [96]) eiusdem generis ac temporis Ioni, quae in ara sedens verba audit, quibus Iupiter amorem eius conciliare sibi studet, cornua imposita sunt non tamquam nota metamorphosis, sed velut insigne Inachidis. Alae parvae conspiciuntur in fronte Thetidis cum Peleo luctantis in vasculo eleganti Locrensi musei Neapolitani n. 2638, quamquam non ab omni parte certum est, utrum avem significent, cuius formam induit dea ut Peleum effugeret, an ornamentum quoddam diadematis. Tamen eam quidem rationem, quam Luckenbach *Jahrb. f. Phil. Suppl.* 11, 581 profert, non multum puto valere. Avis enim speciem, quam Ovidius met. 11, 243 verbis

'sed modo tu volucris: volucrem tamen ille tenebat'

Thetidi tribuit, multo ante Ovidium fabulis Graecorum celebratam esse, quod Luckenbach dubitat, mihi probari videtur speculo Etrusco Gerhard *Etr. Sp.* 225, quod iuxta Thetin avem volantem continet.

His igitur monumentis ita homo in bestiam conversus exhibetur, ut superior eius pars bestia, inferior homo sit et capite quasi clarissima parte totius corporis forma designetur. Recte autem Loeschcke [97]) animadvertit, hanc speciem desumptam esse a

---

c. Amphora (f. 40) musei Berolinensis n. 1928, quam Robert mihi ostendit; ed. Panofka *Parodien und Karikaturen* 1851 t. 1, 4. 5 p. 23 cf. *Bull.* 1846, 84. Tres milites armati umeris insidentes singulorum virorum, qui personas equinas in capitibus gerunt et caudas pone affixas.

d. Scyphus (f. 9) Francisci Mongelli, ed. Minervini *Bull. arch. Nap. NS* 5 (1857) 134 t. 7, 1. A Sex iuvenes hastis armati, struthiocamelis insidentes. B Sex iuvenes delphinis insidentes.

Item ad actores comicos bestiarum partes agentes pertinent sigilla nonnulla argillacea aetatis incertae:

α. Comoedus tympanum tenens, persona suilla instructus. De Witte *Cat. Durand* n. 1686. † Ianzé *Choix de terres cuites antiques* 1857 t. 11, 8. *Arch. Anz.* 1857, 78*.

β. Similis, personam simiae [?] indutus. De Witte *Cat. Durand* n. 1692.

γ. δ. Duo viri capitibus et pedibus avium instructi, Froehner *Die griech. Vasen und Terrak. zu Karlsruhe* 1860 n. 654. 655.

Plane diversa esse uno verbo moneo monumenta illa haud pauca, quibus ipsae simiae et aves repraesentantur histrionum aut tibicinum habitu humanas actiones imitantes atque in risum detorquentes, velut Iahn *Arch. Beitr.* 431. Stephani CR 1877, 266. Toelken III 354. VIII 155 = Panofka *Parodien* t. 1, 8. Cf. Friedlaender *Darst. aus der Sittengesch. Roms* [5] 2, 361.

[96]) Overbeck KM 2, 466 n. 1. 2. Num iure Engelmann eodem modo vas pictum musei Vindobonensis, quod edidit *Arch. Z.* 1873 t. 15 p. 124, sit interpretatus, dubium videtur. Cf. Furtwaengler *Eros in der Vasenmalerei* p. 30.

[97]) *Arch. Z.* 1881, 52. Cf. Iahn *Arch. Beitr.* p. 410.

monstris illis, quae in artificiis vetustissimis cum Graecorum [98]) et Etruscorum [99]), tum populorum orientalium apparent. Sic pictores duorum vasorum, quorum supra p. 19, *C. D* mentio facta est, quae socium Ulixis a Circe virga magica tactum exhibent, huius figuram atque habitum a Minotauro mutuati sunt, qualis in vasis pictis eiusdem aetatis velut Gerhard AVB 161 apparet, quamquam non monstrum ex humano et beluino corpore mixtum, sed hominem in suillam formam transeuntem effingebant. Etiam in reliquis monumentis, quibus homines in bestias transformati repraesentantur, omnibus [100]) a capite fit initium metamorphosis: saepius [101]) Actaeonis umeris cervi caput impositum videmus, suillum gerunt Ulixis milites a Circe conversi, delphinorum capita habent nautae Tyrrheni, quorum scelus a Baccho punitum in monu-

---

[98]) Velut Φόβος ἔχων τὴν κεφαλὴν λέοντος in arca Cypseli effictus (Paus. 5, 19, 4), vasa picta Longpérier *Musée Nap. III* t. 59, 1. 2, nota Minotauri figura, sigillum aereum Panis in Peloponneso effossum *Gaz. archéol.* 1877, 129, Achelous in nummo Metapontino exhibitus *Arch. Z.* 1862, 320 [17] t. 168, 13, vas Nolanum satyrorum figuris rubris ornatum De Witte *Cat. Durand* n. 142 = *Cat. Pourtalès* 1865 n. 399, gigas in ara Pergamena exsculptus *Die Ergebnisse der Ausgrabungen zu Perg.* 1880 p. 58 N. Valde dubium videtur, num huc referendi sint *Αἶνοι*, quos Philostr. imag. 1, 3 describit, aut gemma Tassie-Raspe n. 5439 t. 39 = Toelken III 1035 aut anaglyphum musei Panticapensis delineatum apud Dubois de Montpéreux *Voyage autour du Caucase* 1843, *Atlas* ser. 4 t. 26 a, 3.

[99]) Inghirami *Storia* 1832 t. 22 et 31. Laiard *Culte de Mithra* t. 68, 11. Iahn *Archäol. Beitr.* 409 [14].

[100]) Soli Etrusci hunc morem non semper observaverunt, quoniam in duobus speculis, quae p. 21, *a. b* citavi, porcum adumbratum invenimus, cuius pedes posteriores humanam formam habent. Contra femineum caput bovi argillaceae, quae Ius simulacrum credebatur, nostra demum aetate affixum esse cognovit Brunn *Arch. Z.* 1868, 112. De simili protome aerea musei Vindobonensis cf. Engelmann *Arch. Z.* 1873, 128 et Brunn ib. 1874, 112. Gemmae denique (Wieseler DAK [2] II 435. Toelken III 1082 et 1083), quae delphinum repraesentant ore humano instructum, potius inter gryllos numerandae sunt quam ad Tyrrhenos a Baccho transformatos referendae.

[101]) Sigillum aereum Coloniae Agrippinae erutum *Jahrb. d. A. i. Rheinl.* 58, 111 t. 7, 15. Duo alia exemplaria ib. 5—6, 413*) t. 9—10 n. 5 et 7, 167 cf. 25, 26 a fraudatore aliquo videntur confecta. Quartum a Begero Thes. Brandenb. 3 p. 316 editum, quod citat Iahn *Arch. Beitr.* 410 [19], non Actaeonem repraesentare puto. Anaglyphum *Bull. Nap.* 2 (1844) p. 138. Duae sardae Etruscae I de Witte *Cab. Durand* n. 2187 = *Ann.* 1834, 271, 4 et †Cades Suppl. cl. IV 93 n. 49. Gemma sucinea [?] Rochette *Mém. de l'acad. des inscr. NS* 13 (1838) p. 554 [3] t. 9, 2.

mento Lysicratis (Wieseler DAK² I 150) et in gemma *Gaz. arch.* 1875, 13 edita exsculptum est. Atque iure Panofka *Zeus und Aegina, Abh. d. Berl. Akad.* 1835 p. 170 t. 2. 8 gemmam, quae hominem genibus nixum praebet capite et alis aquilinis instructum, ad Periphantem ab Iove in aquilam mutatum rettulit; id quod fugit Gualtherum Fol, cum simillimam gemmam publici iuris faceret *Musée Fol* 3 t. 64, 9 n. 2594. Adeo denique consueverant Graeci, cum metamorphoses exprimebant, figuras ex duabus partibus beluina et humana componere, ut aetate Alexandrinorum etiam Sirenum speciem antiquitus traditam eadem ratione interpretarentur; primus, quod sciamus, Apollonius Rhodius 4, 896 poetatus erat, virgines olim fuisse Sirenes et Proserpinae sodales, posthac autem in volucres esse conversas, ita tamen ut caput et pectus humanum maneret:

ἄλλο μὲν οἰωνοῖσιν, ἄλλο δὲ παρθενικαῖς ἐναλίγκιαι[102]).

Aliquanto iam antea de Scylla similes ortae erant fabulae; Hedyle Athenaeo 7 p. 297 B auctore in elegia, quam Scyllam inscripsit, narraverat, Scyllam virginem fuisse a Glauco deo marino adamatam, qui saepe ante antrum nymphae fastum ac saevitiam eius quereretur. Plura quamquam Athenaeus non tradidit, tamen dubium non est, quin ex Hedyles carmine manaverint ea quae Ovidius met. 14, 40—67, Hyginus fab. 199, reliqui mythographi de Scylla referunt: Circen cum ipsa Glaucum adamasset et ab eo repudiata esset, odio inflammatam medicamentis mare vel fontem inquinavisse, in quo Scylla lavari soleret. Quae cum eo descendisset, canes ab inguinibus eius natos esse et caudam piscinam[103]). Pertinet huc quodam modo etiam caput Arnes in didrachmis Metapontinis Overbeck KM 3, 339 t. 6, 29 expressum; hic enim metamorphosis virginis illius a Neptuno in agnam mutatae denotata est auribus et cornibus ovillis. De duabus gemmis, quas Braun *Bull.* 1839, 100 *Impr. d. Inst.* 5, 4. 5 ad Proteum varias bestiarum formas induentem rettulit, iudicium facere nequeo, cum ectypa gypso expressa praesto non sint.

Restant denique monumenta, in quibus humanum corpus cum arbore aut rupe videmus copulatum. Novimus duo vasa figuris rubris picta, alterum a Iahnio *Philologus* 27, 15 t. 3 editum, alterum a Brizio *Bull.* 1879, 216 et Luckenbachio *Bull.* 1881, 12 descriptum,

[102]) Cf. Schrader *Die Sirenen* 1868 p. 47.

[103]) Nescio an paulo antiquior sit eiusdem fabulae forma, quae de Scylla, Neptuno, Amphitrite exstat apud schol. Lycophr. 46. Verg. Cir. 66. Serv. Verg. Ecl. 6, 74.

quae Perseum continent elato Medusae capite ad virum barbatum accedentem, qui conspecto Gorgoneo lapis fit. Aptissime huius hominis, sive Polydecten dixeris sive Phineum, extenso bracchio et elato vultu terrorem ostendentis inferiorem partem saxo quasi obvolutam finxit pictor; cum enim pedes ad solum tamquam vinctos repraesentaret, immobilem fieri virum optime significavit, idque eo notabilius est, quia idem factum aut simile aliquid ab artificibus veteribus repraesentatum esse aliunde non constat. Nam in statua Salaminia Anaxaretes a Venere in saxum conversae, quam memorat Ovidius met. 14, 759[104]), metamorphosis vix designata fuerit. Eadem tamen ratione fere ductos esse intellegemus veteres, cum homines effingerent transeuntes in arbores. Cuius rei nescio an argumento sint duae amphorae (utraque f. 42 Iahn, ut videtur) Nolanae fig. rubris depictae, quarum certa interpretatio nondum est proposita. Altera, quam delineandam curavit Minervini *Mon. di Barone* t. 13, 4 p. 63, continet arborem, cuius inter ramos superior pars viri imberbis apparet, et feminam pallio amictam iuxta adstantem. In altero vasculo, quod postremus descripsit Heydemann *Bull.* 1869, 190 n. 10, conspiciuntur Victoria adolescentem fugientem persequens et in averso latere duo homines alter barbatus, alter imberbis, quorum capita e truncis prominent. Minervini signum Bacchi suspicabatur repraesentari. Cui opinioni obstat, quod in huiusmodi monumentis[105]) caput Bacchi barbatum exhibetur trunco insidens, cuius undique rami sunt decisi, in amphoris autem illis arborem virentem, quamquam fronde carent rami, et imberbem hominem effictum vides; deinde duas figuras, quas vasculum secundo loco laudatum praebet, — neque enim diversa ratione interpretanda sunt haec vasa admodum inter se similia — vix ad duo eiusdem dei simulacra referes. Num igitur virum in arborem transformatum pingere voluit artifex? Ne sic quidem difficultates omnes solvi quto. Quos enim deos aut heroes effictos credamus, cum post Alexandri demum aetatem huiusce generis fabulas inventas aut pervulgatas et ab artificibus repraesentatas esse veri simile sit? Contra ne Minervinii prorsus abiciam sententiam, moveor gemma a Vivenzio *Gemme antiche* 1800 t. 8 in lucem

[104]) Cf. Rohde *Der griech. Roman* 79 sq.

[105]) Boetticher *Baumkultus der Hell.* 1856 fig. 42—44. Preller *Griech. Mythol.*³ 1, 591². Iatta *Vasi Caputi* n. 328 t. 6. Deneken De Theoxeniis 1881 p. 43 sq.

emissa, cuius nondum rationem videntur habuisse viri docti. Est agata, in qua vir barbatus, cuius speciem Iovi maxime comparaveris, scalptus est ventre tenus e ramis arboris alicuius eminens[106]). Hic igitur cum in medio relinquendum sit, quid in animo fuerit pictoribus, paulo facilius erit iudicium facere de significatu marmoris celeberrimi musei Londinensis Wieseler DAK² II 371. Bacchum repraesentat leniter innixum puellae, cuius inferior pars cortice inclusa est; ex genis et ex pectore pampini et uvae nascuntur, ipsa manu sublata deo uvam porrigit. Hac figura exhiberi virginem aliquem a Baccho dilectam et in vitem dei sacram mutatam multi contenderunt, quos inter sufficiat nominare Matz De Philostr. fide 1867 p. 110¹ et Dilthey *Jahrb. d. A. i. Rheinl.* 52, 52². Qua in re concedo haud ita magni esse momenti, quod talis fabula a scriptoribus veteribus non est tradita, sed num hoc modo dolorem dei, nymphae fugam expressam esse credibile videtur? Admonuerit quis imaginum quarundam Pompeianarum, velut Helbig n. 1266, vel diptychi Ravennatis, de quo mox agendum erit, ubi figurae non ad actionem aliquam exprimendam inter se conexae effinguntur, sed altera iuxta alteram stantes et sedato vultu immotaeque inter se colloquentes, ita ut paene diversarum imaginum seriem tibi videaris aspicere. Audio; sed tale quid num hic apparet? Amplexus tenet deus puellam, non tamquam sibi eripi posse eam credat, neque illa, quae uvam Baccho porrigit oculos in eum leniter attollens, vitare studet deum. Deinde quomodo, si illos viros sequeris, staturam virginis dimidio minorem Baccho explicabis? Verum vidit Friederichs *Bausteine* n. 762, cum non puerum — nam femineum est pectus — aut puellam a deo amatam exhiberi diceret, sed vitem ipsam, quae fulturae loco saepe in Bacchi signis adhibetur, a sculptore animatam, cum ex libidine aliqua caput trunco et pectus humanum imponeret et deo fructum suum ipsam faceret offerentem. Quam sententiam eo firmari puto, quod similem in modum ipsius Bacchi formam saepius arte coniungi cum pampino scimus. Sic in pictura Pompeiana Sogliano n. 32 = *Gaz. arch.* 1880, 9 t. 2 Liber ingenti uva velut veste amictus adstat, sic

[106]) Longe alio munere funguntur folia ac flores, e quibus figurae humanae quasi excrescere videntur, in illis monumentis, quae collegit Huebner *Bildnis einer Römerin* 1873 et *Arch. Z.* 1873, 137. 1877, 14. Cf. etiam Wieseler DAK² II 705. Comarmond *Descr. des antiq. de Lyon* 1857 p. 253 n. 169 t. 7 Matz *Ant. Bildw. in Rom* index s. v. *Blattkelch.*

acinos gerunt pro capillis et barba personae fictiles eius Stephani CR 1878—79, 17 t. 2, 1. 2, sic folia e genis enascentia apparent in capitibus marmoreis CR 1878—79, 19. Wieseler DAK² II 344 et in lucernis, quae satyri caput imitantur, Causseus Rom. Mus.³ II sect. 5 tab. 14. Gaedechens *Die Ant. zu Arolsen* 1862 n. 535, et in gemmis quibusdam Wieseler *Theatergebäude* t. 5, 2—4.

Contra dubitari non potest, quin reliquis monumentis, in quibus pari modo formam humanam cum arbore copulatam invenimus, metamorphoses repraesentantur. Sic duo sarcophagi, in quibus Phaethontis mors exsculpta est[107]), praebent unam ex Heliadibus ramis arboris ad pedes eius ortae circumdatam; aliam rationem secutus scalptor gemmae a Wieselero *Phaethon* tab. n. 8 editae folia ex capite et manibus Heliadum fecit excrescentia, eademque ratione Daphnes metamorphosis repraesentatur statua olim in villa Borghesiana asservata Clarac *Musée* t. 546 B n. 966 C, anaglypho marmoreo Fabretti Inscr. Lat. 1702 p. 186 n. XXXVII[108]), picturis parietariis Helbig n. 211. 213. Ad sarcophagos illos autem propius accedit diptychum eburneum musei Ravennatis saeculo post Chr. tertio vel quarto confectum, quod edidit Dilthey *Jahrb. d. A. i. Rheinl.* 52, 49 t. 2; hic enim Daphnen vides manibus tenentem duos ramos altos ex trunco, quo pedes eius inclusi sunt, enascentes. In ramos pineos fini-

[107]) Millin *Gal. myth.* 27, 83. Matz *Ant. Bildw. in Rom* n. 3316.

[108]) Cf. etiam anaglyphum apud Muratorium Novus thes. vet. inscr. I (1749) p. CXLVI, 5 laudatum. Deinde huc pertinet fragmentum marmoreum musei Lateranensis (Benndorf-Schoene n. 420), quod ad statuam Apollinis in lauro nixi iure refertur; Daphnen enim repraesentat feminae parvae imago in truncum quasi inolescentis. Statuam Apollinis laurum amplectentis in museo Panormitano asservatam nostra aetate ex fragmentis Narcissi alicuius consutam esse vidit Benndorf GGN 1869, 362. De gemmis denique dubitavit Helbig *Rhein. Mus. NF* 24, 270 59, an parum caute hic illic antiquam Daphnes imaginem agnoscere sibi visi sint viri docti, neque iniuria; nam quamquam gemmam vitream musei Berolinensis Winckelmann *Descr. Stosch* II 1135 = Toelken III 759 suspectam non habuerim ac de sardonyche *Impr. d. Inst.* 5, 76 = *Bull.* 1839, 106 et de amethysto *Bull.* 1853, 150 ne ego quidem accuratiora comperi quam Helbig, tamen constat a falsario confectam esse sardam a Raspe-Tassie n. 3010 t. 32 editam, cui nomen ΜΙΡΩΝ inscriptum est, itemque non ante saeculum post Chr. XVI fabricatam esse gemmam illam saepe delineatam: Nat. Comes Mythologia, Patav. 1637 p. 185. Rossi et Maffei *Gemme antiche figurate* 1707 2, 44 *'presso lo Stefanonio'* (sed deest in *Gemmis antiquitus sculptis* Stephanonii 1646). Beger Spicileg. p. 66 n. 12 *'ex Angelono'*. Montfaucon *L'antiq. ill.* I 1 t. 52, 11 *'ex Maffeio'* sumpta.

unt elatae manus et caput Pityis, quae repraesentatur anaglypho prope Romam effosso, quamquam dubitationi obnoxium videtur, num vere antiquum sit monumentum; nam delineatio, quae exstat apud Doni Inscr. ant. 1731 p. LI t. 5, 5 = Muratori Novus thes. vet. inscr. 3, 1543, 9, sumpta est ex Ligorii apparatu. Eandem nympham, quae Panem fugiens in pinum conversa esse ferebatur, effictam esse crediderim in nummo aereo Thessalico[109]), quem ad Daphnen rettulit Rochette *Choix de peintures de Pomp.* p. 67. Frons enim, quae ex sublatis manibus feminae excrescit, potius pinus quam alius arboris videtur esse. In opere tesselato Pompeiano[110]), quod Panem continet Pityn persequentem, pedes Pityis virentibus foliis tecti, manus ad caelum tensae serto pineo quasi obvolutae sunt. Ulterius etiam progressos esse artifices veteres in coniungendis et coagmentandis formis hominis et arboris, cum inde ab aevo quod Alexandrinum vocamus cum poetis ipsis certarent in metamorphosibus quam subtilissime et luculentissime describendis, discimus ex pictura Pompeiana Helbig n. 1390, quam Dilthey[111]) primus recte interpretatus est, cum partum Adonidis exhiberi cognosceret: in medio stat arbor, quae adhuc Myrrhae formam retinet, truncus corpus humanum imitatur, frondes sunt ubi antea comae, in ramis et foliis adhuc bracchia et digitos dignoscis.

EPIMETRUM II.

DE NICOSTHENE FIGULO ATHENIENSI.

Brunn *Gesch. der griech. Künstler* 2, 708 sq. anno 1859 quinquaginta unum vasa a Nicosthene confecta enumeravit; quae ex eo tempore innotuerunt, hic in brevi conspectu ponam. Ac primum quidem pauca quaedam in ipsis catalogi Brunniani numeris supplenda sunt.

[109]) Sestini *Descrizione di alcune medaglie Greche del Museo Fontana* I (1822) t. 1, 4 p. 28.

[110]) † Roux *Hercul. et Pompéi* 8 t. 16. Cf. Helbig *Rh. M. NF* 24, 267[5a].

[111]) *Bull.* 1869, 13. 158. *Jahrb. d. A. i. Rheinl.* 52, 52. Num imago quae Anthol. Lat. n. 923 R. describitur, Myrrhae transformationem exhibuerit, diiudicari non potest.

Vasa n. 2. 4. 5. 7. 10. 11. 12. 13. 20. 21. 22. 24. 26. 30. 31. 39. 41 ex museo Campanae in museum Parisinum Napoleonis III transiisse, ex libello Iohannis de Witte qui inscribitur *Notice sur les vases peints et à reliefs du Musée Napoléon III* p. 27 sq. elucet; n. 3. 19. 22 (= *Cat. Campana* I 8 n. 56. 52. 65) cum ibidem non citentur, nescio an in alios manus venerint.

n. 4. depictum est apud de Witte *Études sur les vases peints* 1865 p. 7 et 69.

n. 13. leg. *Cat. Camp.* I 8, 61.

n. 16. apud Castellanium exstabat anno 1868, *Bull.* 1868, 77.

n. 27 = Panofka *Bilder antiken Lebens* t. 2, 3. 4.

n. 29 = Overbeck *Griech. Kunstmyth.* 2, 346 n. 10, *Atlas zur KM* t. 4, 7. Ceterum non Gigantomachiam, sed Herculem cum Cycno pugnantem effingi summo iure monet Robert, id quod apertum fiet, si oenochoën musei Berolinensis a Cholcho confectam (Gerhard AVB 122. 123) consideraveris. Haec enim quid sibi velit imago, nomina declarant adscripta; inde etiam viro alato, cuius significatum obscurum esse fatebantur Brunn et Overbeck, suum reddere possumus nomen, cum eodem habitu Cholchus Phobum Martis famulum repraesentaverit.

n. 33 = Urlichs *Antikensammlung der Universität Würzburg* III n. 287.

n. 36 = *Cat. Pourtalès* 1865 n. 477.

n. 44. Panofka *Bilder ant. Leb.* t. 14, 6 et *Namen der Vasenbildner, Abh. d. Berl. Ak.* 1849 t. 3, 11. Iahn BSG 1867 t. I 1 p. 76.

n. 46. Hanc amphoram in Etruria effossam baro de Northampton ipse anno 1847 edidit in *Archaeologia* vol. 32 p. 255 t. 15. 16. Continet collum eius ornamentum loti floribus simile, umerus A duos milites armis congressos, B easdem figuras addito tertio qui inter eos humi iacet, corporis limes superior ornamenta, alter pantheras, sirenem, gallos, gallinas. Ex litteris in inferiore limite additis sensum vix elicias. In utraque ansa vir hastam tenens conspicitur, in labro series piscium.

n. 48 = Urlichs l. l. III n. 358.

n. 49 = *Cat. Pourtalès* 1865 n. 392.

n. 50. De inscriptione cf. Weil *Arch. Z.* 1879, 182.

In addendis vasis Nicosthenis, quae inde ab anno 1859 in lucem prodierunt, ordinem Brunnii sequor.

52—67 Amphorae figuris nigris ornatae:

n. 52. Amphora Caeretana apud Castellanium. Helbig *Bull.* 1866, 182 n. 3. Um. A Hercules cum leone Nemeo luctans, ab utraque parte vir et femina. Inscriptio Nicosthenis. B Idem. Corp. Iuvenes nudi et feminae saltantes.

n. 53. Caeret. ibid. Heydemann *Bull.* 1869, 27. Coll. Loti flores. Um. A Duae sphinges, ad quas accedit vir clavam et chlamydem tenens. Inscriptio Nicosthenis. B Idem. Corp. Quinque satyri et septem feminae saltantes aut amphoras portantes. Ans. Duo satyri saltantes. Idem vasculum videtur Brunn *Bull.* 1865, 147 n. 8 commemorare. Quod fortasse in animo erat Helbigio, cum ad Heydemanni verba p. 28[1] adiceret: '*Senza dubbio identica colla ceretana descr. nel. Bull. 1866 p. 180*', quo loco nihil de Nicosthene invenitur.

n. 54. Caeret. cuius non omnia fragmenta servata sunt, ibid. Brunn *Bull.* 1865, 146 n. 1. Coll. Loti flores. Um. A Duae sphinges et duo iuvenes gladiis armati. B Idem. Corp. A Figurae bacchicae saltantes, duo crateres vitibus ornati. Inscriptio. B Idem. Ans. Duo satyri saltantes.

n. 55. Caeret. ib. *Bull.* 1865, 146 n. 2. Um. A Amazon sagittam in altum mittens, utrimque iuvenis equitans. B Idem. Inscriptio sub ansa. Corp. Infra seriem ornamentorum tredecim satyri et maenades saltantes sunt effieti. Ans. Duo satyri saltantes.

n. 56. Caeret. ib. *Bull.* 1865, 146 n. 3. Um. A Duo milites pugnantes, inter quos tertius humi cecidit, utrimque femina et eques iuvenis adstant. B Media in imagine miles repraesentatur cum Amazone pugnans, eidemque spectatores qui in A repetiti sunt. Corp. Sex viri nudi et sex bacchae saltantes. Ansae floribus ornatae.

n. 57. Caeret. ib. Helbig *Bull.* 1868, 77. Coll. Duae feminae alatae. Um. Satyri vindemiam facientes. Inscriptio. Corp. Octies repetitur figura militis in puerum equo insidentem impetum facientis. Semel pone puerum additus est miles quasi auxilium ei laturus. Alter limes peditem et complures equites currentes exhibet.

n. 58. Caeret. ib. Helbig *Bull.* 1866, 182 n. 4. Um. A Duo iuvenes equis insidentes medii inter duos pedites. B Duo milites super corpus viri occisi armis congressi; eaedem figurae repetuntur addito tertio milite pugnante. Corp. Viri, iuvenes, feminae saltantes. Symplegma viri et pueri. Duo viri, qui oblato gallo et cane duorum puerorum amorem sibi conciliare student.

n. 59. Caeret. ib. Brunn. *Bull.* 1865, 146 n. 6 = De Witte *Cat. Castellani* 1866 n. 23. *Arch. Anz.* 1866, 273* = Lenormant *Coll. Aug. Dutuit* 1879 n. 61 t. 14, 2. Coll. Loti flores. Um. A Eques inter duos iuvenes currentes. B Idem. Corp. Decem satyri et novem bacchae saltantes. Ans. Duo iuvenes nudi.

n. 60. Caeret. ib. Helbig *Bull.* 1866, 182 n. 1. Um. A Duo iuvenes equitantes, utraque ex parte binae feminae et singuli iuvenes nudi. B Idem. Inscriptio sub ansa. Corpus foliis palmae ornatum. Ans. Hederae folia. Eadem videtur esse amphora, quam de Witte *Cat. Paravey* 1879 n. 22 describit: Corp. A Duo equites ad dextram versi, alter nudus, alter chlamyde alba vestitus, utrimque iuvenes nudi et duo homines pallio involuti. B Repetitur eadem imago, praeterquam quod uterque eques alba chlamyde amictus est. Inscriptio sub ansa.

n. 61. Caeret. ib. Brunn *Bull.* 1865, 146 n. 4. Um. Novem milites currentes. Corp. Duo limites, quorum superior quindecim varias bestias repraesentat, inferior duodecim iuvenes laxatis habenis equitantes. Ans. Feminae saltantes.

n. 62. Caeret. ib. *Bull.* 1865, 146 n. 5. Um. Palmae folia. Corp. Sex paria pugilum et luctatorum, quinque viri spectantes. Inscriptio. Altera in ansa miles loricatus et ocreatus et gladio atque hasta armatus conspicitur, in altera clipeus et galea.

n. 63. Caeret. ib. Helbig *Bull.* 1866, 182 n. 2. Um. A Siren inter duos viros longo chitone vestitos, quos singuli pueri equis insidentes comitantur. Inscriptio. B Idem. Corp. Tria paria luctatorum, cursorum, pugilum, iuxta tres *γυμνασιάρχαι*, duo iuvenes spectantes, tertius vibratis halteribus saltum parans. Ans. Duo viri armati.

n. 64. Caeret. ib. Brunn *Bull.* 1865, 147 n. 7. Eandem, ut videtur, describit De Witte *Cat. Castellani* n. 24. *Arch. Anz.* 1866, 273*. Coll. Palmae et loti flores. Corp. A Tres adulescentes et vir nudus taeniam manu tenens. Vas humi iacens. B Idem, additus est canis pedem alterum tollens. Ans. Satyrus et femina. Sub ansis leo delineatus est.

n. 65. Lenormant *Coll. Aug. Dutuit* n. 62. Coll. A Satyrus et baccha. B Idem. Um. A Duo magni oculi medii inter feminas. B Idem. Corpus et ansae palmis ornata.

n. 66. Amphora in castello Ashby apud baronem de Northampton asservata. *Archaeologia* 33 (1847) p. 255: *'of no particular interest in any other respect'*. Eadem est cuius Furtwaengler *Arch. Z.* 1881, 302 n. 2 mentionem facit. Coll. Loti flores et palmae folia. Um. A Oculus magnus et nasus. B Idem. Corpus et ansae palmis ornata.

n. 67. Vasculum eius formae, quae *tazzetta ad un manico* vocatur, Caere effossum, exstabat apud Castellanium. Brunn *Bull.* 1865, 147 n. 9. Repraesentatur miles hastam in Amazonem fugientem torquens, ab altera parte eques, ab altera eques et pedes.

n. 68. Cylix Volsiniis eruta, nunc musei Berolinensis n. 2625. Helbig *Bull.* 1879, 4. *Arch. Z.* 1880, 40. Int. Circulus. Ext. A Hercules contra Lernaeam hydram pugnans. NIϘOΣΘENEΣ ME EΠOIEΣEN +AIPE. B Eaedem figurae, apposita est femina a tergo hydrae manus protendens. ANA[K]LEΣ ME EΠOIEΣEN +AIPE.

n. 69. Cylix apud Franciscum Cook Anglum in vico Richmond asservata, quam memorat Michaelis *Arch. Z.* 1874, 61 n. 31. Interior pars Medusae caput continet, exterior A tres quadrigas et viros armatos et mulieres, B idem.

n. 70. Cylicem Volcientem aut eandem aut perquam similem describit Lenormant *Coll. Raifé* 1867 n. 1319: *'Dans l'intérieur: au fond, le masque de la Gorgone. Extérieur: De chaque côté: Personnage barbu montant dans un bige avec une femme; auprès d'eux sont trois femmes et deux hoplites. Devant on voit un personnage barbu, vêtu d'une tunique talaire et d'un long manteau, puis un guerrier monté dans un quadrigue avec son écuyer et enfin deux hoplites combattants. Derrière sont deux éphèbes enveloppés de manteaux, dont l'un tient une lance et l'autre un rameau, puis un guerrier monté dans un quadrige avec son écuyer, et enfin deux hoplites combattants. Sous le pied est la signature du potier.'*

n. 71. Cylix musei Florentini, olim apud Campanam. Heydemann *Antikensammlungen in Ober- und Mittelitalien* 1879 p. 87 n. 18. Int. Tres circuli eidem centro circumscripti. Ext. A Caprea a leone et tigride utrimque incursantibus prehensa, a d. et s. magnus oculus. B Simile. Dorso capreae tigris femina insidet, ventrem tigris mas dilaniat. Utrimque oculus. Inscriptio. Sub ansis duo aquilae volantes.

n. 72. Pes vasculi, in arce Atheniensi prope Parthenonem

effossus. Benndorf *Griech. u. sicil. Vb.* t. 18, 22. Inscriptae sunt litterae NIKOΣΘENEΣ EΠOIEΣEN.

De tempore et patria Nicosthenis quae disputaverunt viri docti[112]), non hoc loco enumeranda aut refellenda arbitror. Constat eum Athenis initio saeculi quinti habuisse fabricam, ex qua multa vasa prodierunt et in Etruriam inprimis ad Caeretanos exportata sunt. Cuius rei documentum non modo testa illa n. 72 in arce Atheniensi ipsa detecta, sed etiam aliorum pictorum nomina quae bis in vasis eius exarata inveniuntur. Sic cylicem n. 68 Anacles figuris obduxisse se inscriptione testatur, cuius etiam alterum vas figuris nigris ornatum aetatem tulit[113]); et Epictetum, quem vasa ab Hischylo, Pythone, Pistoxeno, Pamphaeo ex argilla ducta pinxisse notum est, etiam in figlina Nicosthenis occupatum esse[114]) discimus ex vasculo n. 48, quod cum et Nicosthenis et Epicteti nomen ferat, multum valet ad definiendam aetatem Nicosthenis. Haec enim cylix, quae intus figuras nigras, exteriore in parte rubras continet, confecta est illo tempore, quo pictura vascularis Athenis denuo efflorescebat, cum novum delineationis genus i. e. figurarum rubrarum Epicteti socii et coaetanei, de quibus egregia nuper Klein egit commentatione, quam *Euphronios* inscripsit, summo studio amplexarentur ac praeclara illa opuscula efficerent, e quibus Polygnoti aequaliumque artem parvo quasi speculo repercussam nobis licet intueri. Cumque hunc artis processum initio saeculi quinti paulo post bella Persica factum esse, Loeschcke dissertatione quam de Chachrylione edidit[115]) evicerit, Nicosthenes aut maiorem vitae partem videtur tum iam degisse aut, quod veri est similius consulto neglectis eis quae ab aliis novata essent, morem priscum tenuisse. Inter septuaginta duo enim vasa eius quae innotuerunt, duo tantum (n. 49. 50) figuris rubris ornata sunt, duo (n. 47. 48) miscent antiquum et novum pingendi genus. Quocum optime consentit, quod in cylice n. 68, quam ob id ipsum ab Anacle puto depictam, nomen Nicosthenis non solita ratione scriptum invenimus, sed adhibita littera Koppa, quae et in inscriptionibus lapidariis Atticis saeculi sexti (CIA

[112]) Velut De Witte *Études sur les vases peints* p. 69. Kluegmann *Ann.* 1875, 296.

[113]) *Bull.* 135, 126.

[114]) Sic enim existimo interpretandum esse verbum ἐποίησε. Aliam Klein tuetur sententiam.

[115]) Apud Helbigium *Die Italiker in der Poebene* 1879 p. 125—130.

I 355 c. add. IV 373 c) et in amphora picta Execiae figuli illius notissimi (Gerhard AVB 107) pro Kappa ante litteram O exarata est[116]). Eo tamen Nicosthenes a reliquis figulis et pictoribus, quos ex nominibus vasis inscriptis cognovimus, differt, quod in exercendo opificio multo minus operam dat imaginum delectui et compositioni aut delineationi ipsi quam in formis et ornamentis, quae operibus aereis inprimis conveniunt, imitandis excellit[117]). Quamquam enim etiam veteres vasorum argillaceorum formas retinuit, cylicem (36—45. 47. 48. 68—71), oenochoēn (30—32), poculum una ansa instructum (35. 67), craterem (40), alia (50. 51), tamen primus formam paterarum aerearum umbilicatarum quae dicuntur ad supellectilem fictilem transtulit (33. 34), qua in re tribus fere saeculis post eum secuti sunt Itali homines, qui vasa Calena fabricabantur, atque formam cui maximo indulgebat — nam quadraginta quattuor huiusmodi exstant vasa (1—28. 46. 52—66) — amphoram latissimis ansis, quas laminis tenuibus et clavulis affixis comparaveris, instructam, ex exemplari aereo sumpsit[118]). Nicosthenem nec in eligendis nec in delineandis picturis multum adhibuisse diligentiae iam dixi, cum more fabrorum aerariorum figuras antiquitus traditas saepe repeteret, tamquam laminam eadem subinde forma percuteret. Imagines ad unum fere omnes ex apparatu a maioribus recepto promptae sunt: series illae bacchantium, inter quos Liber incedit, feminae alatae, milites pugnantes, equites, quadrigae, viri saltantes, agricolae arantes et sementem facientes (44 cf. Iahn BSG 1867, 78 t. 1, 2), bestiae fabulosae et domestica animalia, similia; etiam athletarum, pugilum inprimis et luctatorum, certamina (15—18. 27. 43. 62. 63) huc pertinent; ex heroum numero saepissime Hercules apparet aut solus (39, fortasse 53. 54) aut una cum Minerva (31) aut luctans cum leone Nemeo (1—6. 52) aut cum hydra Lernaea pugnans (68) aut cum Cycno congressus (29); ter Amazonum proelia repraesentata sunt (7. 55. 56); semel Theseus Minotaurum inter-

[116]) Cf. A de Schuetz Historia alphabeti Attici 1875 p. 22 sq. Kirchhoff *Studien z. Gesch. d. griech. Alphabets*³ p. 81 sq.

[117]) Hoc scite animadverterunt Klein *Euphronios* 22¹ et Loeschcke *Arch. Z.* 1881, 51.

[118]) Imitatus est eam Pamphaeus figulus Atheniensis non multo recentior (*Cat. Campana* I 8, 70. 71). Reliqua huius generis vasa, in quibus nomen non appinxit artifex, velut *Musée Ravestein* n. 150, aut quae Etrusca manu confecta esse in aperto est (de Witte *Notice sur le musée Napoléon* p. 27), non enumero, cum pauca tantum nec certa de eis comperta habeam.

ficiens (40), Aeneas patrem Troia auferens (41), Troilus ab Achille captus (?57). Quodsi hic Nicosthenes vestigia priorum legisse videtur, quibus figurae humanae et beluinae inprimis inserviebant ad explenda loca vacua, ne in ea quidem imagine, a qua oratio ad Nicosthenem digressa est, quam ipse primus, quantum nunc licet iudicare, exhibuit, operam in eo collocavit, quo artifices paulo posteriores excellentes fuerunt, ut imaginem efficeret concinnam et absolutam atque vasculi formae et spatio aptatam, sed singula elementa vel typos ut ita dicam, ex quibus coalescebant maiores compositiones, tamquam mera ornamenta auxit et prout spatium poscere videbatur repetivit, quippe quae arte et necessario inter se coniuncta esse non persentisceret. Symmetriam enim ut servaret, quattuor pinxit Ulixis naves, sicut saepe iam in interiore vasorum margine seriem navium exhibitam viderat, quamquam cum nave una Ulixem Sirenes praetervectum esse tradiderat Homerus. Multo igitur melius rem instituit fabricator paterarum umbilicatarum, quas supra p. 32 citavi, cum nec violata symmetria nec a poetae verbis deflectens quattuor navibus quattuor diversa facta Ulixis maria pererrantis aperte significaret.

EPIMETRUM III.

DE SIRENUM PISCIFORMIUM ORIGINE.

Cum in numero monumentorum ad Ulixis errores pertinentium quaedam (p. 33[68]) suspecta visa sint viris doctis propter Sirenum formam in piscem desinentium, haud inutile videtur breviter disquirere quibus de causis exstiterit opinio illa, quae per medium aevum usque ad nostrum[119]) adeo est pervulgata, ut saepius[120]) etiam apud antiquos valuisse existimaretur. Quamquam enim pridem collectis veterum de Sirenum forma testimoniis recte co-

[119]) Confer, ut de poetis nostratibus taceam, Gonzenbach *Sicilianische Märchen* (1870) n. 33 et 34, Gubernatis *Die Tiere in der indogerman. Mythologie* (1874) p. 498¹.

[120]) Buccatius Genealogia deorum gentilium 7, 20. Natalis Comes Mythologia 7, 13. Alciati Emblemata n. 116. Cartari *Imagini dei dei degli antichi* 1571 p. 244. *Acerra philologica* I 82 (1711).

gnoverunt Conradus Gesner[121]), Bochartius[122]), Spanhemius[123]), Montfaucon[124]), alii, a Graecis et Romanis eis tribui avium aut corpus aut alas aut pedes, nunquam piscium caudam, tamen unde vulgaris illa opinio orta esset, non deliberaverunt; neque qui postremum de Sirenum fabulis et imaginibus doctissime et uberrime egerunt Stephani[125]) et Schrader[126]), ultra certos antiquitatis fines voluerunt progredi. Quamobrem nos iam quae inde ab ineunte medio aevo de Sirenum specie tradita sint, percenseamus.

Leguntur in *libro monstrorum de diversis generibus*, quem post Bergerum[127]) emendatiorem e duobus codicibus saec. X edidit Mauricius Haupt [128]), libri primi capite septimo haec: *'Sirenae sunt marinae puellae, quae navigantes pulcherrima forma et cantus decipiunt dulcitudine, et a capite usque ad umbilicum sunt corpore virginali et humano generi simillimae, squamosas tamen piscium caudas habent, quibus in gurgite semper latent.'* Cui aevo debeatur hoc opusculum barbariae mendis inquinatum etsi certo definiri nequit, tamen non ante finem saeculi sexti, fortasse autem demum saeculo septimo vel octavo in regno Francico id esse conscriptum Haupt rationibus haud improbabilibus demonstravit. Idem cum ex uberrima Bergeri annotatione eos priorum auctorum locos selegerit, quos scriptorem in concinnando libello ante oculos habuisse verisimile est, effecit ut facile quos ille adierit fontes intellegamus. Hausit autem maximam partem e commentario aliquo Vergiliano, quaedam addidit ex Augustini de civitate dei libro 16, 8 et ex epistula illa subditiva, quam Alexander ad Aristotelem scripsisse fertur; nonnulla cum Isidoro et Physiologo adeo consentiunt, ut inde efficiatur aut haec ex illis auctoribus deprompta esse aut ex communi aliquo fonte manavisse; dubium videtur, utrum Ovidium, Claudianum, Plinium, Valerium Maximum ipse evolverit an quae illis debet in commentario aliquo excerpta invenerit, id quod de Plauto et Lucano admodum pro-

121) Historia animalium 4 (1555) p. 706,12. 5 p. 1055,9, Nieremberg Historia naturae 1635 V 13 p. 81. Aldrovandus Monstrorum hist. 1642 p. 30, A.

122) Hierozoicon 1663 p. 830.

123) Dissertat. de praest. et usu numism. 1706 1, 253.

124) *L'antiquité expliquée* 1, 393.

125) *Compte-rendu pour* 1866, 36. 1870, 145.

126) *Die Sirenen* 1868.

127) *Traditions tératologiques* 1836 p. 3 sq.

128) Opuscula 2, 218 sq.

babile est. Quamquam igitur maximae libelli partis fontes possunt indicari, alia tamen restant, quorum non inveniatur vetus auctor, in his caput illud, quod modo citavimus. Nam cum ab eis quae ceteri scriptores veteres de Sirenum forma tradiderunt[129]), tum ab ea descriptione, quae inde a saeculo post Chr. quarto maxime pervulgata erat, scilicet scholio Servii ad Verg. Aen. 5, 864, omnino differt.

Quod quo facilius intellegi possit, Servii locum, qui a mythographo Vaticano I 42, Isidoro Orig. 11, 3, 30, mythographo II 101, III 11, 9 multisque medii aevi scriptoribus fere verbotenus repetitur, hic exscribam: *'Sirenes secundum fabulam tres parte virgines fuerunt, parte volucres, Acheloi fluminis et Calliopes musae filiae. Harum una voce, altera tibiis, alia lyra canebat*[130]*): et primo iuxta Pelorum, post in Capreis insulis habitaverunt, quae inlectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundum veritatem meretrices*[131]*) fuerunt, quae transeuntes quoniam deducebant ad egestatem, his fictae sunt inferre naufragia: has Ulixes contemnendo deduxit ad mortem.'* Elucet ratio et consilium *μυθογράφου* et *φυσιολόγου* plane diversum: Servius hominum priscorum fabulas refert, e quibus quicquid inest miri expellere studet, sciolus autem ille, qui de monstris librum congessit, de Sirenibus narrat quasi etiamtum alicubi terrarum vixerint.

Idem igitur accidisse videmus quod saepius apud veteres, ut monstra mythica velut Scylla, Pegasus, Chimaera, Centauri, Cyclopes, Minotaurus e libris mythologicis transferrentur etiam in naturales historias[132]). Adeo enim in animis eorum mythi a maioribus traditi inhaerescebant et vigebant, ut cum novas conspicerent regiones, homines, beluas, tamquam reliquias aevi mythici agnoscere sibi viderentur loca, populos, bestias, de quibus pueri credulo animo fabulosa multa acceperant. Qua in

129) Cf. Schrader l. l. p. 30. 47. 58 sq.

130) Schrader l. l. p. 62. Adde Auson. Edyll. 11, 20, Petrum Picardum apud Cahier et Martin *Mélanges d'archéologie* 2, 172 (1851), alios.

131) Ineptam hanc sententiam Plutarchus minor protulit, ut testantur Tzetzes in Lycophr. 653 et Chil. 1, 342 et Cramer Anecd. Paris. 2, 213,30. Invenitur etiam apud Heraclitum de incredib. 14, Fulgentium Myth. 2, 11, Isidorum Op. 7, 416 ed. Arev., Iohannem Antioch. Hist. chron. 17 = FHG 4, 539, Eustathium in Od. μ p. 1709,31.

132) Ita Nicander Colophonius apud Ath. 7, 306 D = fr. 137 Schneider carcharum piscem Lamiam et Scyllam appellari prodit, cf. Plin. NH 9, 78. Nota sunt, quae Plinius refert de Sphingibus, Pegasis (8, 72. 10, 136), Tritonibus, Nereidibus (9, 9. 32, 144 cf. Ael. HA 13, 21), Satyris (7, 24 cf. Ael. HA 16, 15).

re quantum effecerint fabulae, quae post Alexandrum Magnum de India atque Aethiopia circumferebantur, et Erwinus Rohde in libro suo *Der griechische Roman* p. 176 sq. perbene exposuit et ipsum Sirenum exemplum docet, cum Dino Clitarchi pater (Plin. NH 10, 136 = fr. 3 M.) in India Sirenes esse cantu suavissimo praeditas affirmet. Has fuisse aves quasdam Indicas Carolus Mueller suspicatus est[133]); quod non modo propter Sirenum formam partim humanam partim aviariam, qualem poetae et artifices celebraverunt, verisimile est, sed etiam confirmatur Graeca versione Veteris Testamenti, quae centum fere annis post Dinonem Alexandriae confecta est. Ibi enim sexies pro verbis Hebraicis תַּנִּים (Iesa. 13, 21. 43, 20) i. e. dracones vel thoes et בְּנוֹת יַעֲנָה (Iesa. 34, 13. Ier. 50, 39 = 27, 39 Graec. Micha 1, 8. Iob 30, 29) i. e. struthiones positum est *Σειρῆνες* vocabulum, unde semel (Iesa. 13, 21) etiam Vulgata versio *Sirenes* retinuit. Quibus in locis interpretes Sirenum vocabulo, quamquam falso, cum utraque vox Hebraica, ut modo dixi, aliud sonet, significare voluisse a v e s l u g u b r e m c a n t u m e d e n t e s cum ex scholiis scriptorum ecclesiasticorum[134]) perspicitur, tum ex libro aliquanto recentiore, qui et cum versione septuaginta interpretum arte cohaeret et ad cognoscendam animalium historiam diu multumque valuit, dico Physiologum.

Hoc opusculum post doctam et accuratam Victoris Carus disquisitionem[135]) constat saeculo post Chr. tertio vel quarto Alexandriae Graece conscriptum esse ab homine Christiano, qui ut eis, qui coram ecclesia doctrinam Christianam exponebant, exemplorum copiam praeberet, varias fabulas de bestiis ac monstris in libris divinis commemoratis pervulgatas collegit et symbolica

---

[133]) Sirenum nomine significari in transcursu moneo etiam genus quoddam apium (Aristot. Hist. an. 40. Plin. NH 11, 48. Ael. NA 5, 13. 42. Zenob. Prov. 5, 97. Hesych. s. v. Tzetz. in Lyc. 653. 1463) et serpentium alatorum (Isid. Orig. 12, 4, 29. Dieffenbach Gloss. Latino-Germ. p. 538. Bestiarius III 47 apud Migne Patrol. Lat. 177, 101. Albertus Magnus De animalibus l. 25 s. v. Bartholomaeus Anglicus De proprietatibus rerum l. 18 s. v. Elucidarius apud Raynouard *Lexique roman* 5, 207. Brunetto Latini *Li livres dou tresor* 1, 5, 137 p. 189 ed. Chabaille. Conradus Megenbergensis *Buch der Natur* p. 281,28).

[134]) Eadem ratione Sirenes describuntur in carmine Syriaco paulo post annum 1187 composito. *Ztschr. d. d. morgenld. Gesellsch.* 27, 505[1].

[135]) *Geschichte der Zoologie* 1872 p. 108 sq. Cf. Kressner *Über die Tierbücher des Mittelalters*, *Archiv für neuere Sprachen* 55, 241 (1876).

quae dicitur interpretandi ratione illustravit. Qua in re utile miscuit dulci, cum audientium animos et fabellis illis delectaret et addita explicatione vel *moralisatione* videlicet saepe tortuosiore tamquam imagines rerum divinarum atque intellectu difficiliorum intueri doceret. Eisdem igitur de causis ortum esse Physiologum animadvertis, quibus adducti Indi ad illustranda Buddhae praecepta inde a saeculo septimo multas fabulas congesserunt et medio aevo Christiani tot *specula* et *promptuaria exemplorum*[136]) vel ut vernaculo verbo utar *Predigtmärlein* conscripserunt, quorum in numero insignem locum tenent Gesta Romanorum. Sed alienum est a proposito longius hic disserere de eis, quae Carus de origine et tempore Physiologi recte statuit, quamquam nonnulla sunt, quae accuratiorem disputationem desiderent[137]); unum tamen non praetereundum arbitror, Physiologum documentum esse illorum studiorum mirabilia terrae marisque complectentium, quae dudum Alexandriae florebant. Hac enim in urbe Callimachus aliique *θαυμάσια καὶ παράδοξα* collegerant[138]), hac in urbe fabulae de Alexandri expeditione deque Indiae mirabilibus oriebantur[139]), hic denique adeo in deliciis erant illae res, ut pictores Alexandrini non modo Aegypti notas sed etiam fabulosas Aethiopiae regiones una cum bestiis vernaculis et monstruosis celebrarent imaginibus, quarum luculentissimum exstat exemplum opus tesselatum Praenestinum Hadriani ut videtur temporibus confectum[140]).

Iam audiamus, quae de Sirenibus capite XV Physiologi Graeci tradita sunt[141]): *Αἱ μὲν Σειρῆνες ζῷα θανάσιμά εἰσιν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὡς δὲ Μοῦσαι ταῖς φωναῖς ᾄδουσιν εὐμελῶς. Καὶ*

---

[136]) Cholevius *Gesch. der deutschen Poesie* 1, 254.

[137]) Quanti apud Armenios momenti fuerit Physiologus, inde potest concludi, quod illi eodem verbo *Ouchgabarig*, quod nomen erat dei alicuius Armeniaci, duo animalia[1], Sirenes et Hippocentauros, significabant, videlicet quia ea una in eodem capite (15) Physiologi descripta invenerant. C Mueller FHG 5, 2 p. 64[b].

[138]) ERohde *Der griech. Roman* p. 177.

[139]) CMueller praef. in Pseudocallisth. p. XX sq.

[140]) CIG 6131[b]. Pieralisi *Osservazioni sul musaico di Palestrina* 1858. Engelmann *Arch. Z.* 1875, 127. Woermann *Die Landschaft* (1877) p. 304 Beluis adscripta sunt nomina velut Η ΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΑ, ΚΑΜΗΛΟΠΑΡΔΑΛΙΣ, ΚΡΟΚΟΔΙΛΟΠΑΡΔΑΛΙΣ, ΧΟΙΡΟΠΙΘΗΚΟΣ alia.

[141]) Edidit Pitra Spicilegium Solismense 3, 350 (1855) ex codicibus saec. XIII—XV.

οἱ παραπλέοντες ἐὰν ἀκούωσι τῆς μελῳδίας αὐτῶν, ἑαυτοὺς ῥίπτουσιν ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ ἀπόλλυνται. τὴν δὲ μορφὴν ἔχουσι τὸ ἥμισυ μέρος ἕως τοῦ ὀμφαλοῦ γυναικός· τὸ δὲ ἥμισυ πετεινοῦ ἔχουσι μορφήν. Vides nullo modo differre Physiologum, cuius genuinam formam hoc loco servatam esse comparatis versionibus vetustissimis Armeniaca et Syriaca apparet, a ceteris veterum de Sirenum forma testimoniis. Quamobrem revertamur ad Sirenes pisciformes, de quibus in libro monstrorum agitur. Sed antequam de origine huius formae disputemus, cuius ne apud naturalium quidem rerum scriptores veteres vola aut vestigium apparet, operae pretium erit opiniones, quae sequenti tempore de specie Sirenum exstiterint, perlustrare.

Qua in re inprimis videtur memorabile non subito antiquam formam ex hominum memoria evanuisse. Atque ei quidem, qui a saeculo octavo usque ad decimum Physiologum denuo edebant[142]), ea quae de monstris tradita invenerant, integra servabant hic illic aliquid addentes, raro mutantes. Sic etiam saeculo septimo auctor cosmographiae, quam a S. Hieronymo e graeco opere Aethici Istri cuiusdam in latinum sermonem conversam esse fingit, cum cap. 21 syrenes in India exstare narrat[143]), aves illas a Plinio descriptas videtur intellegere. Contra Raschi Iudaeus (1040—1105)[144]) et auctor Bestiarii, qui inter opera Hugonis a S. Victore traditur[145]), Sirenes ex parte fuisse virgines et ex parte pisces testantur itemque glossae theodiscae *'siren mermin'*[146]) inde a saeculo octavo

---

[142]) Saec. VIII—IX: Physiologus latinus Bernensis apud Cahier et Martin *Mélanges archéol.* 2, 173 t. XXIV CC. — Saec. XI: Pseudo-Chrysostomus c. 5 in *Archiv für Kunde der österr. Geschichtsquellen* 5, 559 cum tab. (1850). Eiusdem versio theodisca apud Muellenhoff et Scherer *Denkmäler deutscher Poesie und Prosa aus dem 8.—12. Jahrh.*² n. LXXXII 5. — Saec. XII: Physiologi theodisci apud Hoffmann Fallersleb. *Fundgruben* 1 p. 25, 11 et Karajan *Sprachdenkm. des 12. Jahrh.* p. 80, 13 cum t. 7. Cf. etiam imaginem, quam ex codice Graeco saec. X conscripto edidit Montfaucon Diar. Ital. 1702 p. 191 et *L'antiq.* I 392 t. 222, 3.

[143]) Verba eius sunt: *'Insolam Syrthinicem incurrit et illic invenit bestiolas pessimas, ignotas, cydrositas plenas aculeis velut istrix et syrenarum multitudinem'.* Cf. quae paulo antea leguntur: *'Aethicus vero multas bestias scribit, quas nullo modo aliubi audivimus vel legimus'.*

[144]) Lewyson *Zoologie des Talmud* 1858 p. 153.

[145]) 2, 23 apud Migne Patrol. Lat. 177, 78.

[146]) Graff *Ahd. Sprachschatz* 2, 774. Dieffenbach Glossar. Latino-German. p. 538. Non praesto fuit Steinmeyeri et Sieversi opus, quod inscribitur *Die althochdeutschen Glossen.*

vulgo inter marinas beluas eas numeratas esse docent. Quo factum est, ut saepe veteri Sirenum descriptioni vulgaris haec *'meremanniu'* vel *'merwip'* interpretatio adderetur velut in Physiologo theodisco MSD LXXXII 5 et in Horto deliciarum Herradis doctissimae Landspergii abbatissae († 1195)[147]), atque ita in Physiologo latino saeculi XI, qui Theobaldi nomen fert,[148]) verba *'monstra maris'* accipienda esse existimaverim. Sed cum tradita Sirenum species aliis videretur pugnare cum hoc nomine, ei talem formam adiungebant, qualem aquatile monstrum magis decere putabant. Cuius rei exemplum praebet Philippus Taonensis poeta Normannicus, qui in Bestiario[149]) paulo ante annum 1121 conscripto Sirenibus pedes falconis[150]) et caudam piscinam tribuit. Multo prudentius alii ut difficultatem illam evaderent, duo esse genera Sirenum statuerunt, alterum aquatile, alterum volatile. Id Benedictus de S. Maura in carmine, quod de bello Troiano intra annum 1175 et 1185 composuit, verbis *'sereines de mer'*[151])

---

[147]) p. 45 et 213 t. 5, 3 ed. Engelhardt 1818. Recentem Straubii editionem (Argentor. 1879 sq.) inspicere nondum contigit.

[148]) Hildeberti Cenomanensis opera ed. Beaugendre 1708 p. 1176 v. 263 sq.:

'Sirenes sunt monstra maris resonantia magnis
vocibus et modulis cantus formantia multis,
ad quas incauti veniunt saepissime nautae,
quae faciunt sonitum nimia dulcedine vocum
et modo naufragium, modo dant mortale periclum.
Quod qui fugerunt, hi tales esse tulerunt:
ex umbilico constat pulcherrima virgo,
quodque facit monstrum, volucres sunt inde deorsum'.

Cf. infra not. 166.

[149]) Wright *Popular treatises on science* 1841 p. 98.

[150]) Obversabantur fortasse poetae pedes gallinacei Sirenum citati apud Fulgent. Myth. 2, 11. Mythogr. Vat. II 101. III 11, 9. Boccat. Geneal. deorum 7, 20 cf. Hyg. fab. 125. Isid. Orig. 11, 3, 30. Aquilinos pedes commemorant Adelinus apud Thomam Cantimpratensem De naturis rerum 6, 45 (Pitra Spicil. Solesm. 3, 427), Conradus Megenbergensis *Buch der Natur* p. 240, 15, Vincentius Bellov. Spec. nat. 17, 129. Albertus Magnus De animalibus l. 24 s. v. — De hoc Adelino vel Adhelmo dissentiunt viri docti Pitra Spic. Sol. 3 p. XXVI, Wackernagel *Voces variae animantium*² p. 45, Carus *Gesch. der Zool.* p. 211, utrum sit Adhelmus episcopus ille Schireburiensis saeculi septimi († a. 700. Migne Patrol. Lat. 89, 63), cuius in operibus equidem de Sirenibus nihil traditum inveni, necne.

[151]) v. 28706 ed. Ioly. Cf. librum de vitiis et virtutibus apud Raynouard *Lexique roman* 5, 207: *'serenas de mar'* et *Roman de la Rose* v. 676: *'seraines de mer'.*

designat, videlicet opponens eas Sirenibus volucribus, atque idem triginta fere annis post expressis verbis declarant Guilelmus Normannus[152]) et Petrus Picardus[153]). Wace autem tantum recentiorem formam videtur novisse, cum in carmine, cui titulus est *Brut d'Engleterre* (v. 733), circa annum 1170 conscripto hos effunderet versus:

'Seraines sont monstre de mer,
des ciés poent femes sambler,
poisson sunt del nombril aval.'

Atque inde ab initio saeculi tertii decimi antiqua Sirenum species fere tota oblitterata est — nam nihil refert, quod nonnulli Isidori aut Adelini verba suis intermiscent[154]) — sed apud rerum naturalium scriptores[155]) et poetas[156]) et artifices[157]) Sirenes sunt feminae formosae in piscem desinentes, quae suavi et sereno[158]) cantu nautas appropinquantes alliciunt ac somno consopitos in mare rapiunt et dilaniant. Cui rei eo magis fides habebatur, cum essent, qui talia monstra se ipsos vidisse testarentur velut Adelinus ille. Itaque viri docti, qui inde a saeculo XIV usque ad XVI chartis depingebant terrarum situs, non dubitabant in oceano Indico atque aliis in maribus, quae Sirenes incolere tradebantur, earum figuras apponere[159]). Quod autem Gervasius Tilburiensis[160]) *in mari Britannico sirenes scopulis insidere* narrat, mihi quidem inde explicandum videtur, quod haec monstra marina cum monte Magnetico coniuncta fingebantur[161]), quem fama erat aeque ac Sirenes naves appropinquantes ad se trahere ita ut ad scopulos allidderentur; is igitur cum eo tempore a poetis ex India in mare Britannicum vel concretum transferretur[162]), quod antiquitus nautis infestum putabatur, Sirenes eodem migraverunt.

Adeo denique vulgare factum est nomen Sirenum, ut omnino pro feminis marinis vel *undenis* usurparetur et ut saepius quae ad illas pertinerent, ad Sirenes transferrentur. Baptista Fulgosus

---

152) Cahier et Martin l. l. 2, 175.

153) ib. 2, 172 t. XX Z: *'III manières de seraine sont, dont les II sont moitié feme moitié poisson; et l'autre moitié oiseaux'*. Item Ricardus de Fournival *Le bestiaire d'amour* ed. Hippeau 1860 p. 16.

154) velut Bartholomaeus Anglicus De proprietatibus rerum l. 18 s. v. et quos not. 150 citavi. Unus Iacobus de Vitriaco († a. 1240) Sirenes pisciformes silentio praeterit, cum in Historia Hierosolymitana cap. 88 de avibus et piscibus Orientis sic enarret: *'Sirenes licet in parte superiori virginibus assimulantur, partes tamen inferiores avis speciem praetendunt: unde inter aves marinas eas deputant, licet sint monstruosae'*.

155) Bestiarius Anglicus v. 555 apud Maetzner *Altengl. Sprachproben* I 1, 69. Gervasii Normanni Bestiarius v. 305 in *Romania* 1 (1872) p. 430. Gualterus Mettensis *Image du Monde* apud Hippeau *Richard de Fournival* p. 116. Brunetto Latini *Li livres dou tresor* 1, 5, 137 p. 189 ed. Chabaille. Elucidarius provincialis apud Raynouard *Lexique roman* 5, 207. Iacobus de Maerlandt *Der naturen bloeme* 4, 865 ed. Bormans. Vincentius Bellov. Spec. morale 3, 1, 5. Holkot Praelectiones in librum Sapientiae 64 p. 226 ed. 1586, Moralisationes 30 p. 734 ib. Gesta Romanorum 237. Codinus De signis Constantinop. p. 67, 10 ed. Bekker. Scriptores anonymi apud Bandurium Imperium orientale I 3 p. 14 et 74: *Σειρῆνας ἄστινας οἱ πολλοὶ θαλασσίους ἵππους καλοῦσι.* Non praesto fuit Huberti de Romanis Liber de abundantia exemplorum, quem laudat Oesterley ad Gesta Rom. 237.

156) Conradus Wirceburgensis *Lieder* 1, 131. 136 ed. Bartsch = MSH 2, 311b, id. *Trojanerkrieg* v. 3742. Guido de Columna Historia destructionis Troiae, Argent. 1487 fol. O 2 a. Henricus de Neustadt *Apollonius* v. 4960 sq. ed. Strobl. *Reinfrit* v. 22534. *Orendel* v. 91. *Fiore di virtù* ed. Gelli p. 48, Vintler *Pluemen der tugent* v. 2416. *Destruction of Troy* v. 13271 ed. Panton et Donaldson. Gower *Confessio amantis* ed. Pauli 1 p. 58, alii.

157) De artis monumentis cf. not. 68. 142. 153. 159. Piper *Mythol. der christl. Kunst* 1, 386 sq. De Rossi apud Pitram Spicil. Solesm. 3, 581 sq. lBraun *Das Portal zu Remagen* 1859 p. 18. Allier *L'ancien Bourbonnais* 1838 II 2, 148 t. 40. *Revue archéol.* 5 (1848) 565 t. 102. Hippeau *Richard de Fournival* p. 16. Wright *History of caricature and grotesque* 1865 p. 198. Conze *Heroen- und Göttergestalten* t. 92, 3. — De Sirenibus, quas in clipeis et vexillis depictas ut insignia gestabant multae gentes nobiles, disserant qui harum rerum periti sunt; satis habeo citare Conradum Wirceburgensem *Trojanerkrieg* v. 3738. 3778, Henricum de Neustadt *Apollon.* v. 494. 18130, Boiardum *Orlando inamorato* 2, 29, 4.

158) A quo nomen ducere ferebantur. Schuchardt *Vokalismus des Vulgärlateins* 1, 90. 3, 195. Cf. *Roman de la Rose* v. 677 sq.:

'qui par lor vois qu' eles ont saines
et series, ont non seraines'.

159) Velut in charta a. 1447 confecta delineatas esse Sirenes prope Indiae litora animadvertit Wuttke in editione Aethici 1853 p. XXX. In globo, quem a. 1520 Iohannes Schoener fabricatus est, inter Asiae et Americae imagines in mari inscripta invenimus haec: *'Sirene horribile monstrum maximum ibi olim visum est'*. Cf. Ghillany *Martin Behaim* 1853 tab. 1—3. Iomard *Les monuments de la géographie* tab. 14, 5. 17.

160) In Otiis imperialibus c. a. 1311 conscriptis 3, 64. Cf. Weinhold *Sitzungsber. der Wiener Akad.* 68, 806.

161) Godofredus Argentoratensis *Tristan* v. 8114. Conradus Wirceburg. *Lieder* 32, 290 ed. Bartsch = MSH 2, 334b. *Wartburgkrieg* 166, ff. *Reinfrit* v. 22012. Carmen de S. Brandano v. 662 p. 65 ed. Schroeder cf. Blommaert *Oudvlaemsche Gedichten* 1, 100 v. 331. 2, 7 v. 346.

162) Muellenho7 et Scherer *Denkm.*[2] p. 388. Bartsch *Herzog Ernst* p. CXLVIII. Peschel *Abh. zur Erd- und Völkerkunde* p. 47.

quidem[163]) Sirenes iam Augusti imperatoris temporibus in litore Galliae inventas esse scribit, quamquam apud Plinium HN 9, 9, quem excerpsit, tantum de Nereidibus est sermo. Atque Theodorum Gazam et Georgium Trapezuntium qui teste Alexandro ab Alexandro[164]) se ipsos vidisse in mari Graeco Nereides narraverant, posteriores scriptores[165]) de Sirenibus egisse affirmant.

Iam igitur ut ad propositum revertamur, illud ex glossis theodiscis et ex libello, a quo hanc disputatiunculam orsi sumus, elucet, saeculo octavo in regno Francico Sirenes mulieres habitas esse ad instar Tritonum piscina cauda ornatas. Exstitisse autem hanc opinionem neque ante ineuntem mediam aetatem pro certo habeo neque apud Italos aut Graecos homines, sed ex ipsa interpretatione vocis latinae manavisse; postquam enim monachis, qui indices verborum latinorum in linguam theodiscam conversorum conficiebant, ad reddendam vocem Sirenis maxime idonea visa est theodisca *merwip*, quippe quae commendaretur verbis Physiologi ζῷα ἐν τῇ θαλάσσῃ[166]), facile fieri poterat, ut postea antiquae Sirenum formae alia substitueretur, quae cum ipso nomine melius videbatur congruere. Cum igitur pisciformium Sirenum neque vestigium ullum exstet, quod ultra saeculum sextum recedat, neque, si modo probabilia disputavi, ante saeculum septimum vel octavum nasci potuerit, recte eos censuisse apparet, qui ab anaglyphis supra p. 33[68] commemoratis vestustatem abiudicaverunt.

---

163) De dictis et factis memorabilibus 1, 6 p. 159 Bas. 1541.

164) Genialium dierum l. 3, 8 (1532).

165) Alciatus Emblemata n. 116 (1621). Maiolus Dierum canicularium tom. 1 colloq. 2 et 9 (1691). — Cf. etiam Ioh. Sachs carmina 2, 2 fol. 75 a (1557) Paracelsus opera 9, 66 (1590). Praetorius *Anthropodemus Plutonicus* 1, 448 (1666). Brunet *Revue archéol.* 9 (1853) 736—740.

166) Fortasse etiam, ut Conradus Gesner suspicabatur, loco Ovidii ars am. 3, 311: *'monstra maris Sirenes erant, quae voce canora*
quamlibet admissas detinuere rates.'
Nam saltem Theobaldus supra not. 148 laudatus hos versus in animo habuit.

Libri crucis signo (†) notati mihi praesto non fuerunt.

Ad vasa p. 41[84] laudata addo craterem, quem nuper edidit Heydemann *Gigantomachie auf einer Vase aus Altamura* 1881 p. 8. 20.

Corrigenda: p. 2,23 tredecim annos. 20,7 praeterquam quod. 29,24 canentes praetervehentem. 33,1 ζ. 38,17 miscetur. 62,18 ecclesiasticorum.

INDEX RERUM.

IOHANNES BOLTE DE VITA SUA.

Natus sum Berolini anno h. s. LVIII a. d. III Id. Febr. patre Friderico pictore, quem mihi ante hos quinque annos morte ereptum esse valde doleo, matre Carolina e gente Krabmann. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum rudimentis cum Potisdamiae atque Berolini primum domi, deinde in schola privata imbutus essem, gymnasio vici illius, cui a Luisa regina nomen est, parentes me tradiderunt erudiendum. Pio semper animo colam praeceptorum carissimorum memoriam, qui septem per annos artium liberalium amorem in me excitabant atque augebant, in primis Theodori Kock, cuius sub auspiciis gymnasium illud adhuc floret. Cuius egregia disciplina et exemplo luculentissimo factum est, ut, cum autumno anni LXXIV testimonio maturitatis instructus inter cives academiae Berolinensis adscriberer, ad philologiae studium incumberem. Ter senis mensibus exactis Lipsiam migravi, unde anno post ad hanc almam litterarum sedem reversus per duo semestria scholis interfui. Docuerunt me v. d. H Bellermann E Curtius IG Droysen Frommann † Grimm Harms † Huebner Kirchhoff Lasson Muellenhoff Robert Treu Vahlen Wattenbach de Wilamowitz-Moellendorff Zeller Berolinenses, G Curtius Ebert Hildebrand Lange Lipsius Masius Settegast Zarncke Lipsienses. Exercitationibus philologicis suis me admiserunt G Curtius et Wilamowitz, epigraphicis Kirchhoff, archaeologicis Robert. Quibus viris optime de me meritis omnibus nunc gratiam ago seram quidem, minime tamen refrigeratam, facere autem non possum, quin plurimum me debere hoc loco profitear Roberto, qui singulari benevolentia ac propensa voluntate studia mea adiuvit, atque Conzio, qui per decem menses in catalogo gypseorum ectyporum musei regii componendo amanuensem me sibi adscivit.

Vere a. LXXX examine pro facultate docendi superato in illa, cui quondam discipulus adscriptus eram, schola praeceptoris tirocinia posui, anno postea ad gymnasium, quod Ludovicus Bellermann moderatur, transii.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I. Scholia in Apollon. Rhod. 4, 259 et 284 varie a viris doctis tentata hoc modo mihi videntur restituenda:

Schol. Ap. 4, 259

Ἡρόδωρος ἐν τοῖς Ἀργοναύταις[1]) *φησὶ* ⟨sc. *τοὺς Ἀργοναύτας*⟩ *διὰ τῆς αὐτῆς ἐλθεῖν θαλάσσης, δι' ἧς ἦλθον εἰς Κόλχους. Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος*[2]) *ἐκ τοῦ Φάσιδος διελθεῖν εἰς τὸν ὠκεανόν, εἶτα ἐκεῖθεν εἰς τὸν Νεῖλον, ὅθεν εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν. τοῦτο δὲ ὁ Ἐφέσιος Ἀρτεμίδωρος ψεῦδός φησιν εἶναι· τὸν γὰρ Φᾶσιν μὴ συμβάλλειν τῷ ὠκεανῷ, ἀλλ' ἐξ ὀρέων καταφέρεσθαι. τὸ αὐτὸ καὶ Ἐρατοσθένης ἐν γ̄ Γεωγραφικῶν φησι. Τιμάγητος δὲ ἐν ᾱ περὶ λιμένων Ἴστρον μέν φησιν*[3]) *καταφέρεσθαι ἐκ τῶν Κελτικῶν ὀρῶν* sq. — *κατακολουθεῖ δὲ αὐτῷ καὶ Ἀπολλώνιος. Ἡσίοδος δὲ καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις* ⟨IV 25 sq.⟩ *καὶ Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ διὰ τοῦ ὠκεανοῦ φασιν ἐλθεῖν αὐτοὺς εἰς Λιβύην καὶ βαστάσαντας τὴν Ἀργὼ εἰς τὸ ἡμέτερον πέλαγος γενέσθαι.*

Schol. Ap. 4, 284

— *Ἡσίοδος*[4]) *δὲ δια Φάσιδος αὐτοὺς εἰσπεπλευκέναι*[5]) *λέγει. Ἑκαταῖος .... Ἀρτεμίδωρος δὲ*[6]) *ἐλέγχων αὐτὸν ἱστορεῖ μὴ ἐκδιδόναι εἰς τὴν θάλασσαν τὸν Φᾶσιν, οὐδὲ διὰ Τανάιδος ἔπλευσαν*[7]), *ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτὸν πλοῦν καθ' ὃν καὶ πρότερον* sq. — *Ἐρατοσθένης δὲ ἐν τρίτῳ Γεωγραφικῶν ἐξ ἐρήμων τόπων ῥεῖν, περιβάλλειν δὲ νῆσον Πεύκην. οὐδεὶς δὲ ἱστορεῖ διὰ τούτου τοὺς Ἀργοναύτας εἰσπεπλευκέναι εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν ἔξω Τιμαγήτου, ᾧ ἠκολούθησεν Ἀπολλώνιος.*

---

[1]) *Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος τοὺς Ἀργοναύτας* Kirchhoff *Die homerische Odyssee* 1879 p. 323*). [2]) *Ἡρόδωρος δὲ ἐν τοῖς Ἀργοναύταις* Kirchhoff. [3]) *τὸν μὲν Φᾶσιν* cod. Laur.; corr. codd. recentiores et Stender De Argonaut. ad Colchos usque exped. 1874 p. 8. [4]) *Ἑκαταῖος* Bergk *Griech. Literaturgesch.* I 1006[93]. [5]) *ἐκπεπλευκέναι* OSchneider. [6]) *Ἑκαταῖος δὲ* cod. Laur. *Ἡρόδωρος δὲ* CMueller FHG I 13 fr. 77. *Ἀρτεμίδωρος δὲ* Bergk. *καὶ Ἑκαταῖος. Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος δὲ* OSchneider Callimach. II 81 similiterque Gutschmid apud Stenderum p. 8. [7]) *ἐκπλεῦσαι* Keil.

II. Eo tempore quo carmen Naupactium condebatur, nondum pervulgatum fuisse primum Odysseae librum conicio ex verbis Pausaniae 2, 3, 9 collato Odyss. *α* 259.

III. In scholio ad Statii Achill. 1, 484 p. XXXII ed. Dommerich lego: '*Phlegra fuit mons, in quo Gigantes contra deos alios montes imponebant, sicut dicit Theodontius* ⟨*Theodotus* cod.⟩' collato Buccatio de genealogia deorum IV 68. Eundem mythographum, de quo nuper egit Schueck *Jahrb. f. klass. Phil.* 122, 294, agnosco in scholiis recentioribus Vergilianis ad Aen. I 28: '*Theodotius* ⟨leg. *Theodontius*⟩ *qui Iliacas res perscripsit*'.

IV. Stat. silv. I 6, 60 temere traditam lectionem mutavit Baehrens: '*edunt munera* ⟨*vulnera* codd.⟩ *conseruntque dextras*'.

V. Stat. silv. II 2, 137 scribendum propono:
'*Ac iuvenile calens pulchroque* ⟨*plectrique* codd.⟩ *errore superbus*'.

VI. Non recte ORibbeck *Die römische Tragödie* p. 273. 681 imaginem vasculi *Mon. d. inst.* IX 42, 3 editi ad tragoediam Sophocleam quae inscribitur Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ vel Νίπτρα pertinere contendit.

VII. In sarda, quam publici iuris fecit Chabouillet *Description du cabinet Fould* 1861 n. 1053 t. 10, repraesentatur Ulixes Philoctetum Lemno deducere studens.

VIII. Falsam interpretationem versuum Hartmanni MSF 210, 35: '*Min fröide wart nie sorgelôs*
unz an die tage,
daz ich mir Kristes bluomen kôs,
die ich hie trage'
protulit IVZingerle *Germania* 19, 182 et *Zschr. f. deutsche Philol* 11, 482.

IX. Iniuria Bartsch cum germanam metamorphoseon Ovidianarum versionem ab Alberico Halberstadensi confectam e textu, quem a. 1545 Georgius Wickram typis mandavit, restituere conaretur, ubique *Ulyssis* nomen retinuit. Hanc enim formam non ante finem saec. XV ortam ac pro antiqua *Ulixis* substitutam esse mihi persuasum est.